 ras: ut equi legitimoque spacio miles distet a milite. Tunc pre-
 cipiendum ut subito duplicant aciem: ita ut in ipso ipetu ad quem
 ipsi respondere solent ordo seruetur. Tertio praecipiendum est
 ut quadrata aciem recte constituant, quo facto in trigonum
 quem cuneum vocat acies ipsa mutanda est. Quae ordinatio
 plurimum prodesse consuevit in bello. Iubet etiam ut instruant
 orbes: quo genere cum vis hostium interruperit aciem, resisti ab
 exercitatis militibus consuevit, ne ois multitudine fundantur
 fugam: & graue discrimen immineat. Hec si iuniores as-
 fidua meditatione percepint: facilius in ipsa dimicatio-
 ne seruabunt.

Quatum spaciū ire vel redire debeant, vel quoties in mer-
 se exerceri cum educuntur milites ambulatū.

Caput.

XXVII.

Reterea & vetus consuetudo permanens & diu
 p Augusti atque adriani constitutionibus praecave-
 tur ut ter in mense tam equites quam pedites educantur
 ambulatū: hoc enim verbo hoc exercendi genus noiant. Deinde
 milia passuum armati instructaque oibus telis pedites milii ad-
 ri gradu ire ac redire inbebatur in castra: ita ut aliquā tē-
 neris partē cursu alacriore cōficerent. Equites quoque diui-
 si per turmas armatique similiter tamen itineris peragebant,
 ita ut ad equestrem meditationem interdum sequerentur
 interdum cederent & recursu quodam impetus repa-
 rarent. Non solum autem in campis sed etiam in cli-
 nos & arduis locis & ascendere & descendere
 utraque acies cogebatur: ut nulla res vel casus

FLAVII VEGETI I DE RE MILITAR^T.
prorsus pugnantibus possit accidere quam non ante boni
milites assidua exercitatione didicissent.

De adhortatione rei militaris romaneq; virtutis

Cap.

XXVIII.

b Ec fidei ac devotionis intuitu imperator in=uitate de vniuersis authoribus qui rei milita=ris disciplinam litteris mandauerunt in huc libellum enucleata concessi: ut in delectu at=que exercitatione tyronum si quis diligens velit existere: ad antique virtutis imitationem facile corroborare possit exercitum. Neque enim degenerauit in hominibus mar=tius calor: nec effete sunt terre que lacedemonios: que athe=nien. que Marsos, que sannites, que Pelignos, que ipsos p=genuere romanos. Nonne epirote armis plurimum aliquā dovaluerūt? Nonne macedones ac Thessali superatis per sis usq; ad Indiam bellando penetrarunt? Dacos autē q=medos ad traces instantum bellicosos semper fuisse mani festum est ut ipsum martem fabule apud eos natum esse confirmant. Longum est si vniuersarum prouinciarum vires enumerare contendam, cum omnes in romani impe=rii ditione consistant. Sed longe securitas pacis homines partim ad delectationem ocij: partim ad ciuilia traduxit officia. Ita cura exercitiū militaris primo negligentius agi postea dissimulari ad postremum olim in obliuionem per ducta cognoscitur. Nec aliquis hoc superiore etate accidisse miretur cum post primum punicum bellū vigintiquatuor circulis excursis annorum pax ita romanos illos ubi=que victores ocio et armorū desuetudine eneruauerit ut scđo bello punico hannibali pares esse non possent. Tot itaq; cōsulibus tot ducibus, tot exercitibus amissis: tunc demum ad victoriam peruenierunt cum usum exercitiumq; militare condiscere potuerunt. Semper ergo legendi q= exerce

disunt iuniores. Vt ilius enim constat erudire armis suo:
q̄ alienos mercede conducere.

LIBER PRIMVS EXPLICIT.

FLAVII VEGETII RENATI DE RE
MILITARI LIBRI SECUNDI
PROLOGVS

i Nſtituta maiorum artis armature precipue
clementiam vestrā peritissimeq; retinere cō
timis declaratur victorijs ac triūphis. Siqui-
dem indubitata approbatio artis est rerum semper effe-
ctus. Verum tranquillitas tua imperator inuicte altiorē
consilio q̄ mens poterat terrena concipere: ex libris anti-
qua desiderat: cum ipsam antiquitatem factis recentibus
antecedat. Cum igitur hec litteris breuiter comprehendē-
re maiestati veste non tam discenda q̄ recognoscenda pre-
cipiter, certauit sepius deuotio cum pudore. Quid enim
audacius q̄ domino ac principi generis humani, domito-
ri omnium gentium barbararum de vſu ac disciplina in-
ſimulare bellorum? niſi forte iuſſiſſes fieri quod ipſe gessiſ-
ſes. Et rurſum tanti imperatoris non obedire mādatis ple-
num sacrilegij videbatur atq; periculi. Miro itaq; modo in-
parendo audax factus sum: dum metuo videri audacior
ſi negassem ad quā temeritatē precedens me indulgentie
vestre perenitas animauit. Nam libellum de delectu atq;
exercitatione tironum dudum tanq; famulus obtuli: nec ta-
men culpatus abſcessi. Nec formido iuſſus aggredi opus
quod ſpontaneum ceſſit impune.

In quot genera diuidatur res militaris. Cap. I.
b . ij

FLAVII VEGETII DE RE MILITARI
ES I GITVR MILITARIS SI-
cuit latinorum egregius auctor carminis sui
testatur exordio armis constat & viris. Hac
in tres diuiditur partes Eq̄tes & edites Clas-

Ale eq̄tū

Vexilla =
Equites .
legiōarij.
Crassum
duo ḡna.

Exercitus
Peditum
duo ḡna.

Legio.

Phalāges
Caterue .

Legio:

Eq̄tib⁹ campi classibus maria et flumina, peditibus col-
les, vrbes, plana, & abrupta seruātur. Ex quo intelligi-
tur magis reip. necessarios pedites qui possunt vbiq; pro-
desse. Et maior numerus peditū sumptu & expensa mi-
nore nutritur. Exercitus ex re ipsa atq; opere exercitij no-
men accepit: vt ei nunq; liceret obliuisci quod vocabatur.
Verum ipsi pedites in duas diuisi sunt partes: hoc est in au-
xilia & legiones. Auxilia a socijs vel federatis gentibus
mittebātur. Romana autē virtus precipue in legionū or-
dinatione prepollet. Legio autē ab eligendo appellata est:
quod vocabulū eorū desiderat fidem atq; diligentiam qui-
bus milites probantur. In auxiliis minor in legionibus lo-
ge amplior consuevit numerus militum ascribi.

Quid inter legiones & auxilia intersit. Cap.II.

Eniq; Macedones Græci Dardani Phalanges
habuerunt vt in vna Phalange armatorum
octo milia censeretur Galli atq; Celtiberi plu-
resq; barbarice nationes cateruis vtebantur
in prelio: in quibus erant sena milia armatorum. Roma-
ni legiones habent in quibus singulis sena milia interdum
amplius militare consueverunt. Quid autem inter legio-

nes & auxilia interesse videatur expediam. Auxiliares Auxiliis
 conducuntur ad prelum ex diuersis locis, ex diuersis mu- res
 neribus venientes: nec disciplina inter se: nec noticia: nec af-
 fectione consentiunt. Alia instituta: alius inter eos est usus
 armorum. Necesse est autem tardius ad victoriam perue-
 nire qui discrepant anteq; dimicent. Deniq; cum in expedi-
 tionibus plurimum prospicit omnes milites vnius precepti
 significatione conuerti: no possunt equaliter iussa comple-
 re qui ante pariter no fuerunt. Tamē hec ipsa si solēnibus
 diuersisq; exercitijs prope quotidie roborentur no medio
 criter iuuat. Nam legionibus semper auxilia tanq; leuis ar-
 matura in acie iungebantur: vt in his preliandi magis ad
 miniculum esset q; principale subsidium. Legio autē pro= Legio.
 prijs cohortibus plena cum grauem armaturā hoc est pri-
 cipes hastarios, triarios, antesignarios. Item leuē armatu-
 rā hoc est ferentarios: sagittarios: funditores: balistarios: Leuis ar-
 cum proprios et sibi impositos equites. Legionarios iisdē matura.
 matriculis teneat: cum uno animo pariq; consensu castra
 muniat: acic instruat. prelum gerat ex omni parte perfe-
 eta: nulloq; extrinsecus indigens adiumento quātamlibet
 hostium multitudinem superare consueuerat. Documentū
 est magnitudo romana que semper cum legionibus dimi-
 cans tantum hostium vicit quātum vel ipsa voluit, vel re-
 rum natura permisit.

Que causa exhaustiri fecerit legiones. Cap. III.

Egionum nomen in exercitu permanet ho-
 die: sed per negligentiam superiorum tem-
 porum robur infractum est cum virtutis
 premia occuparet ambitio, & per gratiam promoueren-
 tur milites qui promoueri consueuerant per laborē. Dein
 de contubernialibus completis stipendijs per testimonia-
 b iiiij

FTAVII VEGETII DE RE MILITAR.
les ex more dimissis non sunt alij substituti. Preterea necesse est morbo aliquatos debilitari atque dimitti: aliquantos militiam deserere vel diuersis casibus interire: ut nisi annis singulis: immo singulis pene mensibus in recessu locum iuniorum turba succedat: quia copiosus exhaustus exercitus. Est ergo alia causa: cur attenuate sint legiones. Magnus in illis labor est militandi: graviora arma: sera munera: superior disciplina. Quod vitates plerique in auxiliis sepe festinat militia sacramenta precipere: ubi ergo minor sudor et matutiora sunt premia. Cato ille maior cum ergo armis invictus esset: ergo consul exercitum sepe duxisset: plus se reipublica creditus est futurum: si disciplinam militare conferret in literas. Nam vnius etatis sunt res quam fortiter fuit: quam vero per utilitatem rei publicae scribuntur eterna sunt. Idcirco fecerunt alii complures sed precipue Fratinus diuino traiano ob eiusmodi cōprobatus industria. Horum instituta: horum praecepta in quaestu valeo strixim fideliterque signabo. Nam cum easdem expensas faciat ergo diligenter ergo negligenter exercitus ordinatus: non solum presentibus: sed etiam futuris seculis proficiet: si prouisione maiestatis tue imperator Augustus ergo fortissima dispositio reparetur amorum ergo emendetur dissimulatio precedentium,

Quotens legiones antiqui ad bellum duxerunt.

Caput.

III.

Non omnibus authoribus inuenitur singulos consules aduersus hostes copiosissimos non amplius quam binas duxisse legiones additis auxiliis sociorum. Tanta in illis erat exercitatio: tanta fiducia ut cuius bello due legiones crederetur posse sufficere. Quapropter ordinationem legionis antiquae secundum normam militaris

LIBER SECUNDVS 13

iuris exponā. Que descriptio si obscurior aut impolitior videbitur: nō mīhi sed difficultati ipsius rei cōuenit impūtari. Attēto itaq; animo sepius relegenda sunt ut memoria intelligētiaq; valeant cōprehendi. Necesse est enim inuictā esse remp. cuius imperator militari arte percepta quātos voluerit faciat exercitus bellicosos,

Quemadmodum legio constituatur. Cap.V.

Iligenter igitur lectis iunioribus, animis cor
d poribusq; prestantibus: additis etiam exerci
tijs quotidianis quatuor vel eo amplius men
sium iussu auspicijsq; inuictissimi principis legio forma=
tur. Nam picturis in cute punctis milites scripti eT ma=
triculis inserti iurare solēt. Et ideo militie sacramenta dicū Militie sa
cramēta.
eT per maiestatem imperatoris que secūdū deum generi
humano diligenda est eT colenda. Nam imperatori cum
Augusti nomen accepit tanq; presenti eT corporali deo fi
delis est prestanda deuotio: eT impendendus per uigil fa=
mulatus Deo enim vel priuatus, vel militans seruit cum
fideliter eum diligit qui deo regnat authore. Iurant autē
milites omnia se strenue facturos que preceperit impera=
tor: nunq; deserturos militiam: nec mortem recusaturos p
romana rep.

Quot cohortes in vna sunt legione. Item quot mi
lites in vna cohorte. Cap.VI.

Ciendum est autem in vna legione decem co
hortes esse debere. Sed prima cohors reliquas
et nūero militū et dignitate p̄redit. nā ḡne et
istitutiōe literarū viro electissimos q̄rit. Hec em̄ suscipit
aquila: qd̄ p̄cipiu signū in romano est semper exercitu, et
totius legiōis insigne. Hec imagines impatorū hoc est diui
na et p̄sentia signa venerat. Habet pedites mille cētū qnq;

FLAVII VEGETII DE RE MILITARI
Equites loricatos cētum trigintadiuos, & appellatur cohors miliaria. Hec caput est totius legionis: ab hac compugnandū est prima acies incipit ordinari. Secunda cohors habet pedites. dlv. Equites loricatos. lxvi. & appellatur cohors quingētaria. Tertia cohors similiter habet pedites. dlv. Equites. lxvi. Sed in hac cohorte tertia validiores probari moris est quia in media acie cōsistit. Cohors quarta habet pedites. dlv. Equites. lxvi. Cohors quinta habet totidēc. Sed & ipsa strenuos desiderat milites: quia sicut prima in dextro: ita quinta in sinistro ponitur cornu. Hęq. iq. cohortes in prima acie ordinantur. Sexta cohors habet pedites. dlv. Equites. lxvi. In ipsa quoq; enucleati asscribendi sunt iuniores: quia in secunda acie post aquilā & imagines cohors sexta cōsistit. Cohors septima habet pedites. dlv. Equites. lxvi. Cohors octaua habet pedites. dlv. Equites. lxvi. Sed & ipsa animosos desiderat viros: quia in secunda acie cōsistit media. Cohors nona habet pedites. dlv. Equites. lxvi. Cohors decima habet pedites. dlv. Equites. lxvi. et ipsa bonos accipere cōsuevit bellatores: quia in secunda acie sinistrum possidet cornu. His decem cohortibus legio plena fundatur que habet pedites sexmille centū. Equites septingentos. xxvi. Minor itaq; numerus armatorum in una legione esse non debet. Maior autem interdum esse consuevit: si non tantum unam cohortem sed etiam alias miliarias fuerit iussa suscipere.

Nomina & gradus principiorum legionū. Cā. VII.

Principia.

Tribu =
nus.

Antiqua ordinatione legionis exposita principaliū militū & ut proprio utar vocabulo principiorū noīa et dignitates secundū p̄sentematri culas īdicabo. Tribunus maior per epistolā sacrā imperatoris ī dicio destinatur. Minor tribunus p̄uenit ex labo-

Re. Tribunus autem vocatur a tribu tribuendoq; iure quia Ordinarij
 preest militibus quos ex tribu primus romulus legit. Or Augusti
 dinarij dicuntur qui in prelio presunt & primos ordines.
 nes ducunt. Augustales appellantur qui ab augusto ordina Fluviales
 rijs iuncti sunt. Fluviales ite tanq; secundi augustales a diu Aquiliferi.
 Vespaiano sunt legionibus additi. Aquiliferi qui aquila Imagina
 portant. Imaginarij, vel imaginiferi qui imperatoru imma
 gines portant. Optiones ab optando appellati q; antecedē Optioes.
 tibus egritudine prepeditis hīj tanq; adoptati eorū atque Signiferi
 Vicarij solent vniuersa curare. Signiferi qui signa portant Tesserai
 quos nunc draconarios vocant. Tesserarij qui tesserā per rij.
 contubernia militum nunciant. Tesserai autem dicitur pre Tessera
 ceptum ducis quo vel ad aliquod opus vel ad bellum mo quid.
 Metur exercitus. Campigeni hoc est antesignani ideo sic Cāpigeni
 nominati quia eorum opera atq; virtute exercitij geniis Metato
 crescit in campo. Metatores qui precedentes locum eli res.
 gunt castris. Beneficiarij ab eo appellati quod promouen= Benefici
 tur beneficio tribunorum. Librarij ab eo quod in libros ciarij.
 referant rationes ad milites pertinentes. Tubicines, Cor= Librarij
 nicines, & Bucinatores qui tuba, vel ereo cornu, vel bu= Tubicines.
 cina committere prelum solent. Armature duplares quia Cornici= binas consequuntur annonas. Simplares que singulas. Mēnes.
 sores qui in castris ad podisum demetiuntur loca in qui Bucinato
 bus milites tentoria figant: vel hospitia in ciuitatibus res.
 prestant. Torquati duplares torquati simplares quibus Armatu
 torque aureus solidus virtutis premium fuit: quem re.
 qui meruissest preter laudem interdum duplas conse= Mēsores.
 quebatur annonas: duplares duas, simplares unam. Torquati
 Erant & secundum annonam Cāandidati duplares can= Cāandidati
 didati simplares. Hi sunt milites principales qui priuile= Munifi
 gis muniuntur. Reliqui munifices appellantur quia mu ces.
 nia facere coguntur.

FLAVII VEGETII DE RE MILITARI

Nomina eorum qui antiquos ordines ducebant.

Caput.

VIII.

Etus autem consuetudo tenuit ut ex primo

Cētūrio
primipili

v

principe legionis promoueretur Centurio
primipili: qui non solum aquile preerat, ve-

Primus rumetiam quatuor centurias hoc est quadringentos mili-
hastatus. tes in prima acie gubernabat. Hic tanq̄ caput totius legio-

Docēna = nis merita consequebatur & commoda. Item primus ha-
rius. status duas. i. centurias ducentos homines ducebat in acie

Princeps secunda, quem nunc ducenarium vocant. Princeps autem
prime co prime cohortis centuriam & semis hoc est centum quin-

hortis. quaginta homines gubernabat. Ad quem prope omnia

Hastatus que in legione ordinanda sunt pertinent. Item secundus
secundus. hastatus centuriam & semis, id est centum quinquagin-

ta milites gubernabat. Triarius prior centum homines

Triarius regebat: sic decem centurie cohortis prime a quinq; ordi-
priore narijs regebantur: quibus magne vtilitates & magnus

honor est a veteribus constitutus: ut ceteri milites ex to-

ta legione omni labore ac deuotione contenderent ad tan-

Cētūrio= ta premia peruenire. Erant etiam centuriones qui fin-
nes. gulas centurias curabant qui nunc cētēnarij nominātur.

Centena= Erant decani denis militibus prepositi qui nunc caput con-

rij. tubernij vocantur. Secunda cohors habebat centurio-

Decani. nes quinq;. Similiter tertia, quarta, quinta usq; ad deci-

Caput cō mam cohortem in tota autem legione erant centurio-
tubernij, nes. lv.

De officio prefecti legionis. Cap. IX.

f Ed legati i peratoris ex cōsularibus ad exer-

citus mittebātur qbus legiones & auxilia

vniuersa obtēperabāt in ordinatione pacis

vel necessitate bellorū: in quoru locum nūc illustres viros

cōstat magistros militū substitutos a qbus nō tñ bine legio-

nes sed etiā plures numero gubernant̄. Proprius aut̄ index
 erat pfectus legionis habens cōmunem primi ordinis di- Prefectus
 gnitatē: q̄ absentē legato tanq̄ vicarius ipsius potestatē ma- legionis.
 ximā retinebat. Tribuni vel centuriones ceteriq̄ milites,
 eius p̄cepta seruabant: Vigiliarū sive p̄fectionis tessera pe-
 tebat ab eodem. Similes crimen aliquid admisisset auctorita-
 te p̄fecti legionis deputabat a tribuno ad poenā. Arma oīm
 militū, item equi, vestes, annona ad curam ipsius pertine-
 bant. Discipline eius & seueritas & exercitatio nō solum
 peditū sed etiā equitū, legionariorū p̄cepto eius quotidie
 curabat, Ipse aut̄ custos diligēs & sobrius legionem sibi
 creditam assiduis opibus ad oīm devotionē, ad oīm affor-
 mabat industriā: sciēs ad p̄fecti laudē subiectorū redundā-
 re virtutem.

De officio prefecti castrorum.

Cap. XI.

Rat etiā castrorum p̄fectus licet inferior dī-
 gnitate. Occupatus tñ nō mediocribus cau-
 sis ad quē castrorum positio valli & fosse de-
 stinatio pertinebat. Tabernacula vel casae militum cū impedi-
 mētis oībus mutu ipsius curabant̄. Præterea ægri cōtuber-
 nales & medici a q̄bus curabant̄. Expēsē ēt ad eius indus-
 triā pertinebat. Vehicula saginarij necnō etiā ferramēta
 q̄bus materies serrat̄ vel cedit̄ q̄busq; aperiunt̄ fossē cir-
 mā sitū valli & aqueductus. Itē ligna vel stramina, arie-
 tes, onagri, baliste, ceteraq; genera tormentorū ne deessent
 aliqñ p̄curabat. Is post longā p̄batamq; militiam peritis-
 simus oīm lēgebatur: vt recte doceret alios quod ipse cum
 laude fecisset.

De officio prefecti fabrorum. Cap. XI.

Abet p̄terea legio fabros lignarios instructō-
 res, carpētarios, ferrarios, pictores, reliquos
 & artifices ad hibernorū edificia fabricāda ad machinas,

FLAVII VEGETII DE R^E M^ILITARI
turres ligneas, cæteraq; quibus vel expugnatur aduersario-
rū ciuitates vel defendunt p^rprie præparatos. Qui arma-
q; vehicula celeraq; genera tormetorum vel noua facerent
vel quassata repararet. Habebat etiā fabricas, scutarias, lo-
ricarias, archarias in qbus sagitte, missilia, cassides oīaq;
armorū gna formabant. Hec em erat cura p^rcipua ut q= =
quid exercitui necessariū videbat nunq; deesset in castris
vsc; eo vt etiā cunicularios haberent q; ad morē bessorum
ducto sub terris cuniculo murisq; intra fundamenta per-
fossis improvisi emergeret ad vrbes hostiū capiendas. Ho-
rum index erat propriis p^rfectus fabrorum.

De officio tribuni militum.

Caput. XII.

Ecē cohortes habere legionē diximus : sed pri-
d erat miliaria ī qua cēsu, gñere, litteris, forma,
virtute, pollētes milites mittebant. huic tribu-
nius p^raeerat armorū sciētia, virtute corporis, morum ho-
nestate p^rcipius. Relique cohortes prout principi placuisseb-
at a tribunis vel a p^rpositis regebant. Tanta aut seruabat ex-
ercēdi milites cura vt nō solū tribuni vel p^rpositi cōtuber-
nales sibi creditos sub oculis suis iuberet quotidie medita-
ri, sed etiā ipi armorū arte p^rfecti cæteros ad imitationē p= =
prio cohortarent exēplo. Tribuni aut sollicitudo p hāc lau-
dat industria: cū miles veste nitidus armis bene munitus
ac fulgens exercitiū vsu & disciplina eruditus incedit.

De centurijs atq; vexillis peditum.

Cap. XIII.

Aquila.
Draco-
nes.

Rimum signū totius legionis est aquila quā
p aquilifer portat. Dracones etiā per singulas
cohortes a draconarijs feruntur ad prelium.

Sed antiqui quia sciebant in acie commisso bello celeriter ordines aciesque turbari atq; confundi: ne hoc posset accidere cohortes in centurias diuiserunt: & singulis centuriis singula vexilla constituerunt: ita vt ex qua cohorte vel quota esset centuria in illo vexillo litteris esset asscripta: quod intuentes vel legentes milites in quantouis tumultu a contubernialibus suis aberrare non possent. Centuriones insuper qui nunc centenarij vocantur nimium bellicosos loriciatos transumptis cassidū cristis: vt facilius noscerent, singulas iussserunt gubernare centurias: quatinus nullus error existeret cum centeni milites sequerentur non solū vexillum suum, sed etiam centurionem qui signum habebat in galea. Rursus ipse centurie in contubernia diuisse Decanis sunt: vt decem militibus sub uno papilione de gentibus Manipulus quasi præcesset decanus qui caput cōtuberni noiatur. Ius. Contubernium autem manipulus vocabatur ab eo quod coniunctis manibus pariter dimicabant.

De turmis equitum legionariorum. Caput. XIV.

Vemadmodum inter pedites centuria vel manipulus appellat, ita inter equites turma dicit: Turma. & habet una turma equites. xxx. duos: huic Decurio, qui præest Decurio nominatur. Cetū enim peditas ab uno centurione sub uno vexillo gubernatur: si militer. xxx. duo equites ab uno decurione sub uno vexillo reguntur. Præterea sicut centurio eligendus est m. agnis viribus, procerâ statura: qui hastas vel missilia perite iaculetur & fortiter: qui dimicare gladio, qui scutum rotare doctissime nouerit: qui omnem artem didicerit armaturae. Vigilans, sobrius, agilis, magis ad facienda que ei imperantur quam ad loquendum paratus:

FLAVII VEGETII DE RE MILITARI.

Cotubernales suos ad disciplinā retineat: et ad armorum exercitū cogat: ut bñ vestiti et calciati sint: ut arma om̄ia defricetur ac splendeat. Similiter eligēdus est decurio q̄ turme eq̄tū p̄ponat i primis habili corpe: ut loricatus et armis circumdatuſ oībus cū summa admiratione equū possit ascēdere: equitare fortissime. cōto sciēter vti: sagittas doctis

Turmales sime mittere: turmales suos. i. sub cura sua eq̄tes positos erudire ad oīa q̄ equestris pugna depositis: eosdē cogere loricas suas vel catafractas cōtos suos et cassides frequēter tergere et curare. Plurimū em̄ terroris hostibus armorū splendor iportat. Quis credat militē bellicosū cuius dissimulatiōe situ ac rubigine arma fedātur? Nō solū aut eq̄tes sed etiā ipos equos assiduo labore cōuenit edomari. Itaq; ad decurionē et sanitatis et exercitationis tam hoīm q̄ equorum pertinet cura.

Quemadmodum legionum acies instruantur.

Caput.

XV.

Vnc qualiter instruēda sit acies si pugna imīneat declaret vnius legiōis exēplo: qđ si usus exegerit trāfferri possit ad plures legiōes. Eq̄tes locant̄ i cornibus. Acies peditū a priā cohorte īcipit ordinari i cornu dextro. Huic cohors sc̄da cōiungit. Tertia cohors in media acie collocat. Huic ānectit q̄rta. Q̄ uītavero cohors sinistrū suscipit cornu. Sed an signa et circa signa Necnō i priā acie dimicātes prīcipes vocabāt: hoc est ordinarij ceteriq; prīciples. hec erat grauis armatura q̄ habebāt cassides, catafractas, ocreas, scuta, gladios maiores quos spathas vocāt, et alios minores quos semispathas nōiant: Semispata plūbatas quinas positas in scutis quas primo impetu iati. Item bina missilia vnu maius ferro triangulo vnpilum. ciarū nouem hastili pedum quinq; et semis qđ pilum vo Spiculum abat nunc spiculū dicit. Ad cuius ictum p̄cipue exercebant milites

LIBER SECUNDVS 17

milites quod arte & virtute directum & scutatos pedi-
tes et loricatos equites sepe transuerberat. Aliud minus fer-
ro triangulo vnciarū qnq; hastili pedū triū et semis qd tūc
verruculū nūc veretū dicit. Prīa acies p̄cipū sc̄da hastato Verricu-
rū armis talib⁹ docet iſtructa. Post hos erāt Pheratarij et le lum.
uis armatura quos nūc auxiliatores et armaturas dicim⁹. Pherenta
Scutati q plūbatis vel gradijs et missilibus accīcti sicut nūc rij.
ppe oēs milites vident̄ armati erāt. Itē sagitarij, cū cassidi Scutati-
bus, catfractis et gladijs, sagittis et arcubus. Erāt fundito-
res q ad fūdas vel fūstibalos lapides iaciebāt. Erāt triangu Fundito-
larij q ad manubalistas vel arcubalistas dirigebat sagittas res.
sc̄da acies similiter armabāt i q cōsistētes milites hastativo Triangu-
tabāt. Sed in sc̄da acie dextro cornu cohors sexta ponebat, lares
qui iūgebat septima. Octaua cohors mediā aciā tenebat no-
na comitatē. Decima cohors in vndecima acie sinistrum
semper obtinebat cornu.

Quemadmodum triarij vel centuriones armentur.

Caput.

XVI.

Ost oēs aut̄ acies triarij cū scutis catfractis et Triarij.
p galeis ocreati cū gladijs semispattijs plūbatis
& binis missilibus locabant̄: q genu posito
subsidebant ut si prima acies vincerebāt, ab hijs quasi de-
tegro reparata pugna posset reparare victoriā. Oēs aut̄ si
gnarij vel signiferi q̄uis pedites loricas minores accipie-
bāt: et galeas ad terrorē hostiū vrsinis pellibus tectas. Ce-
turiones vero habebāt catfractas, scuta, & galeas fer-
reas sed transuersis & argētatis crīstis ut facilius cognō-
scentur a suis.

Cōmissa pugna grauem armaturam stare pro muro.

Caput.

XVII.

Llud aut̄ sciēdū est et modis oībus retinēdū cōmiso
bello priā ac sc̄da acies stabat imota. Triarij quoq;
c

FLAVII VEGETII DE RE MILITAR^E
residebat: ferretarij autē armature scutatores, sagittarij, fū
ditors. hoc est leuis armatura aduersarios pugabant an
te aciē pcedētes: si hostes fugare poterāt seq̄batur, si eorū
virtute ac multitudine p̄m̄batur reuertebat̄ ad suos &
post eos stabat̄. Excipiebat autē praelū grauis armatura: et
taq̄ murus (ve ita dicā) ferreus stabat̄: & nō solū missili
bus sed etiā gladijs cominus dimicabat̄: & si hostes fugas
sent nō sequebatur grauis armatura ne aciē suā ordinatio
nēq; perturbaret: & ad dispersos recurrētes hostes incō-
positos opprimeret̄: sed leuis armatura cū funditoribus sa-
gittarijs & eq̄tibus fugiētes sequebat̄ inimicos. Hac di-
spositione atq; cautela sine piculo legio vincebat: aut supata
seruabat̄ icolumis: q̄a ius legiōis est facile nec fugere, nec
sequi.

Nomina militum & gradus in scutis eorum aduersis
scribenda. Caput. XVIII.

Digmata. **S**ed ne milites aliquādo in tumultu praelij a suis
cōtubernalibus aberrarēt, diuersis cohortibus
diuersa in scutis signa pingebant que ipsi no-
minant digmata sicut etiā nūc moris est fieri. Præterea in
aduerso scuto vniuersiūsq; militis litteris erat nomē ascri-
ptū addito ex qua esset cohorte, qua ve cēturia. Ex his er-
go apparet legionē bene institutā quasi munitissimam esse
cūlitatem que omnia prælio necessaria secum vbiq; portā-
ret: nec metheret repentinū hostiū superuentum quae etiā
in medijs campis subito fossa se valloq; muniret: quæ om-
ne genus militarij contineret & armorū. Si q̄s ergo pit
qua publica supare barbaros cupit vt diuinitatis nutu di-
spositione imperatoris iniūti reparentur, ex tyronibus
legiones votis omnibus petat. Intra' autem breue spaciū
temporis iuniores diligēter electi & exercitati quotidianē

solum mane. sed etiā post meridiē omni armorū disciplina vel arte bellādi veteres illos milites qui orbem terrarō integrū subegerunt facile coequabūt nec moueat cesar tuā maiestas quod olim consuetudo est mutata q̄ viguit. sed his suis p̄fusionis ac felicitatis est per hennitas tua q̄ pro salute reip. & noua excoigit & antiqua restituat. Omne enī opus difficile oideꝝ ante q̄ temptes. Cæterum si exercitata & prudentes viri delectui præponantur celeriter manus bellis apta poterit aggregari & diligenter institui. Quid his em̄ efficit solertia si cōpetentes nō denegētur expensæ.

Præter corporis robur notarum vel computandi arte
in tyronibus eligendam. Cap. XIX.

Sed qm̄ in legionibus plures scole sunt que litteratos milites querunt: ab his qui tyrones probant in oībus quidē stature magnitudinē, corporis robur, alacritatē animi conuenit explore. Sed in quibus dā notarū peritia, calculādi computandi q̄ usus exigitur. Totius enim legionis ratio, sive obsequiorum sive militarium numerorum, sive pecunie quotidie scribitur artis maiore prope diligentia q̄ res annonariae vel ciuiliis politicis libris annotatur. Quotidianas etiam in pace vigilias. Item excubitum sive angarias de omnibus centuriis & contuberniis vicissim que milites faciūt ut ne quis contra iusticiam prægraetetur: aut alicui præstetur immunitas. Nomina eorum qui vices suas fecerunt brevibus inseruntur. Quando quis commeatum acceperit vel quōd dierū ānotat in brevibus. Tūc em̄ difficile cōmeatus dabat: nisi causis iustissimis approbat. Nec aliquā milites iustiti depueabātur obsequijs: nec priuata eisdē negotia mandabant. Si quidē incongruū videretur ioperoris

FLAVII VEGETII DE RE MILITARI

militem qui veste & annona publica pascebatur utilitatibus vacare priuatis. Ad obsequia tamen iudicium vel tribunorum, necnon etiam principalium deputabantur milites qui vocabantur accensi: hoc est postea additi quod fuisse Accensi. set legio completa: quos nunc supernumerarios vocant. Fasci Supernumeraria tamen. i. lignum, fenum, aquam stramen etiam lemarij. gitimi milites in castra portabant. Munifices enim ab eo Munifici = appellantur quod hec munia faciant.

ces-

Donatiui partem dimidiā debent apud signa sequestrare militibus seruandam. Cap. XX.

Llud vero ab antiquis diuinitus institutū est ut ex donatiuo quod milites consequuntur dimidia pars sequestraretur apud signa, & ibidē ipsis militibus seruaretur: ne per luxum aut inanem rerū comparationem a contubernalibus possit absumi. Plerique enim homines & precipue pauperes tantum erogat quantum habere potuerunt. Sepositio autem ista pecunie primum ipsis contubernalibus docetur accommoda. Nam cū publica substinentur annona ex omnibus donatiuis augeatur eorum pro medietate castrense peculium Miles deinde qui sumptus suos scit apud signa depositos de deserendo nihil cogitat: magis diligit signa. Pro illis in acie fortius dimicat more humani ingenij: vt pro illis habeat maximam curam: in quibus suam videt positam esse substiam. Denique x. folles hoc est. x. sacci per cohortes singulas ponebant in quibus hec ratio cōdebat. Addebat etiam saccus undecimus in quem tota legio particulam aliquam cōferebat sepulture scilicet causa: vt si quis ex contubernalibus defecisset: ex illo undecimo sacco ad sepulturam ipsius promeretur expensa. Hec ratio apud signiferos ut nunc dicunt in cofino seruabatur. Et ideo signiferi non solum fideles sed etiam litterati homines eligebantur: qui et;

seruarent deposita: & scirent singulis reddere rōnem.

In legione ita fieri promotiones ut per omnes cohorte= transeant qui promouentur. Cap. XXI.

On tantum humano consilio sed etiam diui= nitatis instinctu legiones arbitror a roma= nis constitutas. In quibus x. cohortes ita sunt ordinatae, ut omnium unum corpus una videatur esse cō= iunctio. Nā quasi in orbē quendam per diuersas cohortes & diuersas scholas milites promouentur: ita ut ex pri= ma cohorte ad gradum quēpiam promotus vadat ad de= cimam cohortem: & rursus ab ea crescentibus stipendijs cum maiore gradu per alias recurrat ad primam. Ideo primipili centurio postq; in orbē oēs cohortes per diuer= sas administraverit scholas in prima cohorte ad hanc per uenit palmam: in qua ex omni legione infinita commoda consequatur. Sicut primicerius in officio perfectorū pre= torioq; ad honestū questuosumq; militie peruenit gradū: Primice= riis.

ita legionarij equites cohortes suas contubernij affectiōe. venerantur: cum naturaliter equites a peditibus soleāt di= screpare. Per hāc ergo cōtexionē in legionibus & oīum cohortum equitū peditumq; seruabantur una cōcordia.

Quid inter tubicines & cornicines & classicum interfit. Cap. XXII.

Abet preterea legio tubicines, cornicines, & buccinatores. Tubicines ad bellum vocant mi= lites: & rursum receptui canentes reuocant.

Cornicines quotiens canunt non milites sed si= gna ad eorum obtemperant nutum. Ergo quotiens ad ali= quod opus exituri sunt soli milites, tubicines canūt. Quo= tiens autem pugnatur & tubicines & cornicines pari= ter canunt. Classicum item appellatur quod buccinatores per cornu dicunt. Hoc insigne videtur imperij quia clas=

FLAVII VEGETII DE RE MILITAR.
sicum canitur imperatore presente vel cum in militem capitaliter animaduertitur: quia hoc ex imperatoris legibus fieri necesse est. Si vero ad vigilias vel angarias faciendas siue ad opus aliquod vel ad decurcionem campi exeunt milites tubicine vocante operantur et rursus tubicine admittente cessant. Cum autem monentur signa, aut idem mota figenda sunt cornicines canunt. Quod ideo in omnibus exercitiis et processionibus custoditur: ut in ipsa pugna scilicet obtemperent milites: siue eos pugnare siue stare, siue sequi, vel redire preceperint duces. Si quidem ratio manifesta sit semper in ocio debere fieri quod necessario faciendum videtur in prelio.

De exercitatione militum.

Cap. XXIII.

Egionis ordinatione digesta ad exercitium revertamur unde sicut iam dictum est exercitus nomen accepit. Iuniores quidem et noui milites inane et post meridiem ad omne genus exercebantur armorum. Veteres autem et eruditissime intermissione semel in die exercebatur armis. Neque enim loquacudo etatis aut annorum numerus artem bellicam tradidit, sed post quanta volueris stipendia inexercitatus miles semper est tyro. Idcirco armaturam que festis diebus exhibetur non tam armature que sub campi doctore sunt sed omnes equaliter contubernales quotidiana meditatione dicebant et corporis velocitatem. Nam et velocitas vsu ipso acquiritur corporis et scientia feriendi hostem sequi protegendi, presertim si gladiis cominus dimicetur. Unde vero maius est ut seruare ordines distantes ut vexillii

sum in tantis permixtionibus in ipsa prolusione comitemur. nec inter doctos aliquis error existit quis in multitudine sit tanta confusio. Ad palum quoque vel sudes iuniores exerceri percommodum est cum latera vel pedes aut caput petere punctum cesimque condiscant. Saltus quoque exercitus facere pariter assuecant: insurgere tripudiantes in clypeum rursusque subfidere nunc gestiendo prouolare cum saltu: nunc cedentes in terga resilire. Nisi libus etiam, pa-
 los ipsos procul ferire meditentur: ut ergo ars dirigendi
 & dexere virtus possit accrescere. Sagittarij vero vel
 funditores scopas hoc est fruticum vel straminum fasces
 pro signo ponebant: ita ut sexcentis pedibus remoueren-
 tur a signo ut sagittis vel certe lapidibus ex fustibulo de-
 stinatis signum sepius tangerent. Propterea sine trepidatione in acie faciebant quod ludentes in campo fecerant.
 Semper assuendum est etiam ut semel tantum fundae-
 circa caput rotetur cum ex ea emittitur saxum. Sed ergo
 manu sola omnes milites meditabantur libraria saxa ia-
 ctare: qui usus parior creditur: quia non desiderat fundam.
 Missilia quoque vel plumbatas iugi & perpetuo
 exercitio dirigere cogebantur: usque adeo ut tempore bie-
 mis de tegulis vel scandulis que si deessent certi de cannic
 vlna vel culmo & porticus tegerentur ad equites: ergo
 quedam velut basilice ad pedites: in quibus tempestate
 vel ventis aere turbato sub tecto armis erudiebatur ex-
 ercius. Ceteris autem etiam hibernis diebus si pluies
 pluiaeque cessarent exerceri cogebantur in campo: ne inter-
 missa consuetudine animos militum debilitaret & cor-
 pora. Siluan cedere, portare onera, transfilire fossas, nata-
 re in mari sine fluminibus, gradu pleno ambulare vel cur-
 ere etiam armatos cum sarcinis suis: frequetissime conuenie-

F L A V I I V E G E T I I D E R E M I L I T A R I.
ut quotidiani laboris usus in pace difficilis non videatur
in bello. Siue ergo legio fuerit siue auxilia exerceantur as-
sidue. Nam sicut bene exercitatus miles prelum cupit: ita
formidat indotus. Postremo sciendum est in pugna usum
amplius prodesse quam vires. Nam si doctrina cesseret armorum
nihil paganus distat a milite.

Exempla adhortationum exercitiij militaris de alijs
artibus tracta.

Cap. XXIII.

Thleta venator auriga propter exigua merita
cedem vel certe plebis fauorem continua me-
ditatione artes suas aut seruare aut augere co-
suevit. Militem cuius est manibus seruanda respu. studio-
sus oportet scientiam dimicandi usumque rei bellicae inge-
bus exercitiis custodire. Cui contingit non tantum glorio-
sa victoria sed etiam amplior preda quocumque ad opes ac di-
gnitates ordo militie eorum imperatoris iudicium consuevit
euehere. Artifices scenici ab exercitiis non recedunt pro lau-
de vulgi. Miles sacramento lectus ab exercitiis armorum
vel nouellus vel tam vetustus cessare non debet: cui pugna-
dum est pro salute propria eorum libertate communi preser-
tim cum antiqua sit prudensque sententia omnes artes in me-
ditatione consistere.

Enumeratio ferramentorum vel machinarum legio-
nis.

Cap. XXV.

I Egio autem non tantum militum numero. sed
etiam genere ferramentorum vincere consue-
uit. Primum omnium instruitur iaculis quoniam nul-
le lorice nulla possunt scuta sufferre. Nam per singulas cō-
turas singulas carrobalistas habere consuevit quibus mu-
li ad trahendū eorum singula contubernia ad armandum vel
dirigendum hoc est undecim homines deputantur. Nam
he quanto maiores fuerint tanto longius ac fortius tela id

culantur. Non solum autem castra defendunt: verum etiam
in campo post aciem grauis armature ponuntur. Ante qua-
rum impetum nec equites loricati, nec pedites scutati ho-
stium possunt stare. In una autem legione quinquaginta
quinque carrobaliste esse solent. Item decem onagri hoc est
singuli per singulas cohortes in carpentis bobus duobus
portantur armatis, ut si forte hostes ad oppugnandum ve-
nerint vallum sagittis, & saxis possint castra, defendi.
Saxa quoque de singulis trabibus excavatas cum longissi-
mis funibus interdum etiam ferreis catenis secum legio
portat: quatinus contextis hisdem sicut dicunt monoxylis
superiectis etiam tabulatis flumina sine pontibus que va-
dari nequeunt tam a peditibus & ab equitibus sine perici-
lo transeantur. Habet ferreos harpagones quos lupos vo- Harpago.
cant: & falces ferreas confixas longissimis contis. Item nes.
ad fossarum opera facienda bidentes, ligones, palas, ra= Lippus.
stra, alueos, cofinos, quibus terra portetur. Habet quoque
dolabras, secures, ascas, serras, quibus materia ac pali do-
lantur atque secantur. Habet preterea artifices cum omni-
bus ferramentis: qui ad expugnandas hostium ciuitates,
testudines musculos, arietes, vineas (ut appellant) turrem
etiam ambulatorias faciant. Verum ne singula enumeran-
do plura dicantur vniuersa que in quoque belli genere ne-
cessaria esse creduntur secum legio debet ubique portare ut
in quoniis loco fixerit castra armatam faciat ciuitatem.

FLAVII VEGETII RENATI
DE RE MILITARI LIBER SE
CVNDVS EXPLICIT.

FLAVII VEGETII DE RÆ MILITARE

FLAVII VEGETII RENATI DE RÆ MILITARI LIBRI TERTII. PROLOGVS

Thenienses & Lacedemonios ac Macedonas
rerū potitos prisci loquuntur annales. Verum
apud Athenienses nō solū rei bellice sed etiā
diuersarū artū viguit industria. Lacedemo-

Idee

monio
circa b
lū chra

rū nūs autē precipua fuit cura bellorū. Primi deniq; experi-
el menta pugnarū de euētibus colligētes artē preliorū scripsis
1. se firmātur: vsc; eo vt rē militare que virtute sola vel ar-
te felicitate creditur cōtineri, ad disciplinā peritieq; studia
reuocarint: ac magistros armorū quos tactio vō appella-
uerunt iuuentutē suā vsum varietatēq; pugnādi precepe-
rit edocere. O viros summa admiratione laudādos: qui
eam recipi e arte voluerunt sine qua alie artes
esse nō possunt. Horum sequentes instituta romani martij
operis pr̄cepta & vsu retinuerunt: & litteris prodide-
runt. Que per diuersos authores librosq; dispersa impe-
rator inuicte n̄ rediō ritatem meam abbreviare iussisti: ne
vel fastidium noſceretur ex plurimis, vel plenitudo fides
deſſet in pariis. Quartū autē in prelijs lacedemoniorum
Xātippi disciplina proficerit (vt omnītā ceteros). Xātippi declara-
rei milita tur exēplo. Qui i Attiliū Regulū Romanūq; exercitum ſe-
ris pīus pe victorē cum carthaginēbus non virtute sed arte ſolus
ferret auxiliū prostratis exercitibus coepit ac domuit vno
q; cōgressu triūphas, bellum omne cōfecit. Nec minus han-
nibal petiturus Italā lacedemoniū doctorē que ſuit armo-
rei militari. Cuius monitis tot cōſules tātasq; legiōes inferior nū
ris studio mero ac viribus interemit. Ergo qui desiderat pacē pre-
ſus. pareat bellū: qui victoriam cupit instruat militē diligēter.

Qui secundos optat evētus dimicet arte nō casu. Nemo pro
nō nō audet offendere quem intelligit superiorem
est si pugne.

Qui modus debeat esse exercitus.

Cap. I.

RIMVS LIBER TYRONVM

P delectum exercitiūq; de prompsit: sequens le= Exerci=

gionis institutionem disciplināq; edocuit mī= tus.

litarē. Hic autem tertius classicum sonat. Ideo

enim illa p̄missa sunt ut hec in q̄bus pueritia certaminū

Et victorie summa consistit discipline ordine custodito et

intelligeretur celerius: Et amplius adiuuarent. Exercitus

dicitur tam legionum q̄ etiam auxiliorum, necnon etiam

equitum ad gerendum bellum multitudo collecta. Huius

modus a magistris queritur armorum, Nam cum xerxis

Et darij Et mitridatis ceterorumq; regum qui immu=

rables armaverunt populos exemplaria leguntur eviden=

ter apparet nimii copiosos exercitus magis propria mul=

titudine q̄ hostium virtute depresso. Nam pluribus casi=

bis subiacet amplior multitudo: in itineribus pro molle

sua semper est tardior. In longiore autem agmine etiam a

paucis superuentum assolet pati. In locis autem asperis

Et fluminibus trāseundis propter impedimentorum mo=

ras sepe decipit. Præterea ingenti labore numerosis aīali=

bis equisq; pabula colliguntur. Rei quoq; frumentarie dif=

ficultas que in omni expeditione viranda est cito maiores

fatigat exercitus. Nam quātolibet studio preparetur anno

na tanto matutius desit quāto pluribus erogat. Aīq; deniq;

ipsa nimie multititudini aliquā vix sufficit. Qd si casu acies

verterit tergū: necesse est multos cadere de multis. et illos

FLAVI VEGETI DERE MILITATRI
qui effugerint semel territos, postea formidare conflictū.
Veteres autē qui remedia difficultatum didicerent experi-
mētis non tā numerosos q̄ eruditos armis exercitus habe-
re voluerunt. Itaq; in leuioribus bellis vnā legionē mixtis
auxilijs, hoc est decē milia peditū & duo milia equitum
crediderūt posse sufficere. Quā manū p̄tores velut m̄ores
duces ad expeditionē s̄epe ducebāt. Qd si magne hostiū co-
pie dicerent cōsularis ptas cum. xx. milibus peditum &
quattuor eq̄tum tāq; comes maior mittebat. Qd si infinita
multitudo exḡtibus fortissimis rebellasset, tūc nimia ne-
cessitate cogēte duo duces & duo mittebant exercitus: cū
eiusmōi p̄cepto vt p̄uideret ne qd respu. detrimēti capiat
cōsules ambo. Deniq; cum in diversis regionibus cōtra di-
uersos hostes a po. ro. ānis pene oībus pugnaret: ideo suffi-
ciebant militū copie: quia vtilius iudicabat nō tam gran-
des exercitus babere q̄ plures. Illa tñ ratiōe seruata ne vn
q̄ amplior multitudo sociorū auxiliariūve esset in castris
q̄ ciuium romanorum.

Quemadmodum sanitas gubernetur exercitus.

Caput.

II.

Vnc quod vel maxie prouidendū est quēadmo-
nū dum sanitas custodiāt exercitus admōebo, hoc
est locis, aḡs, tēperie, medicā, exercitio. Locis
ne in pestilēti regiōe iuxta borbosas paludes, ne aridis et si
ne opacitate arborū cāpis aut collibus. ne sine tētorijs esta-
te milites cōmorent, Nē ægressi tardius & calore solis et
fatigatione itineris contrahāt morbum: sed potius in esta-
te ante lucē ad loca cepto itinere destinata perueniant. Ne
seua hieme iter p̄ niues ac pruinis noctibus faciant: aut li-
gnorum patiātur inopiam: aut minor illis vestium suppe-
rat copia. Nec sanitati em̄ nec expeditioni ydoneus miles
est q̄ algere compellitur. Nec pernitiosis & palustribus

Aquis utrā ex exercitus. Nam male aque potus veneno similes pestilentia bibentibus generat. Iam vero ut casu ægre contubernales oportunitis cibis reficiatur: ac medicorū arte currentē pricipiorū tribunorūq; et ipsius comitis q; maiorum rē sustinet potestate iugis queritur diligētia. Male em̄ cum his agitur qbus necessitas eō belli incumbit eō morbi. Sed rei militaris periti plus quotidiana armorū exercitia ad sanitatē militū putauerūt pdesse q; medicos. Itaq; pedes sine itermissione ibribus vel niuibus sub tecto , reliq; diebus exerceri i cāpo voluerūt. Similiter equestres nō solū i planis sed etiā in abruptis et fossarū hiatu difficillimis semetis seq; et equos suos assidue exercere iussérunt: vt nihil ijs ī necessitate pli accidere posset in conitū. Ex quo intelligit qto studiosius armorū arte docēdus sit semp exercitus: cū ei, et laboris cōsuetudo in castris sanitatē, eō in cōflictū possit p̄stare victoriā. Si autūnali estiūoq; tēpore diutius in ijsdē locis militū multitudo cōsistat: ex cōtagione aquarum eō odore ipsius feditatis vitiatis hastibus eō ære corrupto pñciosissimus nascitur morbus qui prohiberi non potest aliter nisi frequenti mutatione castrorum.

Quanta cura prouidenda sint atq; seruāda pabula eō
frumenta. Caput. III.

Rdo postulat vt de cōmeatu pabuli frumentiq;
dicat. Sepiū em̄ penuria q; pugna cōsumit ex
erictū: eō ferro seuior fames est. Deinde reliq; cibis
potest in tēpore subueniri: at pabulatio eō anona
in necessitate remedii non habent nisi an cōdant. In oī ex
peditione vnum est eō maximum cōsilium vt tibi suffi-
ciat victus: hostes frāgat inopia. Ante igitur q; inchoetur
bellum de copijs expensisq; sollers debet esse tractatus: vt
pabula, frumentum, ceteraq; annonarie species quas a p-

FLAVII VEGETII DERE MILITARI
muncialibus cōsuetudo deposit maturius exigant et i op-
portunis ad rē gerendā ac munitissimis locis aprior semp-
modus q̄ sufficit aggreget. Qd si tributa deficiunt proga-
to auro cōparāda sūt oīa. Neq; em̄ dūitiarū secura posse-
sio est nisi armorū defensione seruet. Frequenter aut̄ necessi-
tas geminat: et obſidio ſepe fit lōgior q̄ putatur: cū ad-
uersarij etiā ipſi eſuriētes circūcidere nō deſinat quos fa-
me ſperat eſſe vīcedos. Præterea q̄q; d in pecore vel qua-
cunq; fruge vinoq; hostis inferēs bellū ad viētū ſuū poten-
tit occupare, nō ſolū admonitis p̄ adicta poffessoribus. Sed
etiā coactis plectos pſcrutatores ad caſtella ydonea et ar-
matorū firmata pſidijs vel ad tutiſſimas cōferēdu est ciuita-
tēs: vrgēdiq; p̄uinciales, vt aī irruptionē ſeq; et ſua me-
nibus cōdāt. Reparatio em̄ murorū tormētorūq; oīm aī ca-
rāda eſt. Nā ſi ſemel hostes p̄uenerit occupatos, metu vni-
uersa turbanū. Et que ex alijs vrbibus petēda ſunt interclus-
iſi itineribus denegant. Sed fideliſ ſeruatorū custodia et
erogatio moderata cōſuenit, ſufficere p̄ copia maxime ſi ab
initio p̄curet. Cæterū ſera parsimōia eſt cū ſeruare cū deſi-
cit. In expeditionibus arduis per capita magis militū q̄ p̄
dignitates ab antiq; p̄bebat ānone: ita vt poſt neceſſitatē
eisdē a rep̄redderetur hieme lignorum et pabuli. Estate
aquařū vitāda eſt diſſiſtā. Frumēti vero vini et aceti
nec nō etiā ſalis oī tpe neceſſitas declināda: ita ut vrbes atq;
caſtella ab ijs militibus q̄ minus prompti inueniuntur in
acie armis. Sagittis, fūſtibalis, fundis etiam et ſaxis, ona-
gris, balistisq; defendantur. Præcipueq; videtur cauendum
ne aduersariorum dolo atq; periurijs decipiatur prouin-
cialium incauta ſimplicitas. Frequentius enim conuentio-
num pacisq; he ſimulatio credulis q̄ arma nocherunt qua-
ratione famem collecti patiuntur hostes: diſpersi vero cre-
bris ſuperuenientibus facile vincuntur.

Quemadmodum oporteat prouidere ne
milites seditionem faciant.

Capit.

III.

¶ Interdum mouet tumultum ex diuersis
locis collectus exercitus: & cum pugna-
re nolit irasci se simulat ut non ducatur
ad bellum. Quod iij præcipue faciunt qui
in sedibus ociose delicateq; vixerunt. Nam asperitate insolē-
ti laboris offensi, quic in expeditione necesse est sustinere,
præterea metuentes prælium qui armorum exercita declē-
narunt ad eiusmodi p̄cipitant audaciā. Cui vulneri multi
plex medicina cōsuevit opponi: ut dū adhuc separati sunt
in sedibus suis tribunorū vel vicariorum necnō etiā prin-
cipiorū ad oēm disciplinā arctissima severitate teneant, nō
bilq; aliud nisi deuotionē moderationemq; custodiāt, cam-
pi curationem vt ip̄si appellat, inspectionēq; armorum assē-
due faciant. Nullis cōmeatibus videntur nomē et signa obser-
vare nō defināt. Ad sagittas iaciendas, ad missilia dirigēda-
ad iactandas lapides vel funda, vel manu. ad armature
gestum: ad vectes pro similitudine gladiorum punctum
cesimq; feriendo multo die usq; ad sudorem sunt frequens
tissime detinendi. Cursu etiā & saltu ad trāsmittendas
fossas nihilominus ibuendi: si mare: seu fluvius vicinus est
sedibus. Estino tempore ad natandum cogendi sunt omnes
præterea siluam cädere, iter per dumos & abrupta fac-
re: materiem dolare, aperire fossam, occupare aliquem lo-
cum. & ne a contubernialibus detrudantur scutis iniū-
cem obuiantibus niti, ita exercitati atque eruditii in sedi-
tus m̄ ilites sine legionarij, sine auxiliares, sine equi-

FLAVII VEGETII DE RE MILITARI
tes fuerint: cū ad expeditionē ex diuersis conuenerint nu-
meris emulatione virtutis. praeliū magis necesse habeant
optare q̄ ocii. Nemo cogitat de tumultu qui fiduciam de
arte vel viribus gerit. Dux autē esse debet attentus: vt in
oībus legionibus sive auxiliis vel vexillationibus a tribu-
nis, vicariis, principiisq; si qui turbulenti vel sediciosi sunt
milites nō p̄ inuidia suggesterentium sed pro rerum verita-
te cognoscat: eosq; prudentiori consilio segregatos a castris
ad agendū aliquid q̄d ip̄is p̄pe videatur optabile: aut ad
castella vrbesq; deputent muniēdas atq; seruādas: tanta
subtilitate vt cū ambitionē videatur electi. Nunq̄ em̄ ad cō-
tumaciā pari consensu multitudo prorūpit: sed incitatur a
paucis qui vitiorum scelerumq; impunitate sperāt pecca-
re cū plurimis. Q̄d si ferri medicinā necessitas extremā
persuaserit: rectius est more maiorū in auctores criminū
vindicari, vt ad oēs metus ad paucos poena perueniat.
Laudabiliores tamen duces sunt quorum exercitus ad mo-
destiā labor eō vsus instituit, q̄ illi quorū milites ad obe-
dientiam supplicionum formido compellit.

Signorum militarium quot sint genera. Cap. V.

Vlta quidem sunt discenda atq; obseruanda pu-
gnantibus: siquidem nulla sit negligentie ve-
nia vbi de salute certatur. Sed inter reliqua ni-
hil magis ad victoriā p̄ficit q̄ monitis obtemperare si-
gnorū. Nā cū voce sola inter p̄liorū tumultus regi multitū-
do nō possit: eō cū p̄ necessitate rerū plura ex tēpore ih-
benda atq; faciēda sunt: antiquis oīm gētiū vsus inuenit
quō quod solus dux vtile iudicasset p̄ signa totus agnosce-
ret eō sequeret exercitus. Tria itaq; ḡna cōstat esse signo-
rum, vocalia, semiocalia, muta, Quorum vocali eō sem-
iocalia

uocalia percipiuntur auribus. Muta vero referunt ad oculū signa vōlos. Vocabula dicuntur quæ voce humana pronuntiant sicut calia in vigilijs vel in prælio p signo dicit: utputa victoria, palma, virtus, deus nobiscū, triumphus imperatoris: & alia quecūq; voluerint dare iij qui in exercitu habet maximā potestatem. Sciendum tamen est ista vocabula quotidianē debere variari ne ex usu signū hostes agnoscāt: & ex ploratores inter nostros versent impune. Semiuocalia sūt signa sequæ per tubam aut cornua, aut buccinā dantur. Tuba que minuocalia directa est appellatur Buccina quæ in semetipsam ereo circa Tuba. culo flectitur. Cornu qđ ex uris aggressib; argēto nē= Buccina. xum tempatū arte & spū quē canentis flatus emittit au= Cormi. ditur. Nam indubitatis per hæc sonis agnoscit exercitus utrum stare aut progredi an certe regredi oporteat: utrum longe persequi fugientes: an receptui canere. Muta signa signa sunt aqle, dracones, vexilla, flāmule rufe, pēne. Quocūq; muta. em hæc ferri iusserit ductor: eo necesse est signū suū comi = Alij rufe. tates milites pgāt. Sunt & alia muta signa: q̄ dux belli in equis aut indumentis & etiā in ipsis armis ut dignoscāt hostis p̄cipit custodiri. Præterea manus aliqd vel flagello more barbarico vel certe mota qua utitur veste significat. Que oīa in sedibus, itineribus, in omni exercitatioē cōstrē si vniuersi milites & sequi & intelligere consuescāt. Cōtinuus em usus necessarius videtur in pace eius rei quæ in prælij confusione seruāda sit. Item mutū & cōmune signū est quotiens proficidente turba excitatus puluis ad simili tudinem nubium surgit, hostiumque prodit aduentum. Similiter si diuise sint copie . per noctem flammis, per diem fumo significant socijs: quod aliter non potest numerari. Aliquando in castellorum aut urbium turrib; appendunt trabes quibus aliquando erectis: aliquando depositis indicant quæ geruntur.

FLAVII VEGETII DE RE MILITARI

Quanta sit seruanda cautela cum vicinis hostibus monetur exercitus.

Capit. VI.

Virem militarem studiosius didicerunt: asserunt plura in itineribus q̄ in ipsa acie pericula solere contingere. Nam in conflictu armati sunt omnes: & hostem cominus vident: & ad oppugnandum animo veniunt parati: in itinere autem minus armatus minusq; attentus est miles: & superuentus impetus vel fraude subesse repente turbatur. Ideo omni cura omniq; diligentia prouidere dux debet ne proficisci patiatur incursum: vel facile ac sine damno repellat illatum. Primum itineraria omnium regionum in quibus bellum geritur plenissime debet habere perscripta: itavt locorum interualla non solum passuum numero sed etiā viarum qualitates perdispat: compendia diuerticula, mōtes, flumina, ad fidem descripta consideret: vsque eo vt solertiores duces itineraria prouinciarum in quibus necessitas geratur non tantum adnotata sed etiam picta habuisse firmantur: vt non soluin consilio mentis verum aspectu oculorum viam profecturis eligerent. Ad hæc a prudentioribus & honoratis ac locorum non ignaris separatim debet vniuersa perquirere & veritatem colligere de pluribus. Præterea sub periculo eligendarum viarum duces: idoneo, scientesq; percipere eosque custodie mancipare additæ pene contestatione vel preuij. Erunt enim utiles cum intelligent nec fugiendi sibi copiā superesse: & fidei præmium ac perfidie parata supplicia. Prouidendum quoque vt sapientes exercitatiq; querantur ne duorum aut trium erroris discrimen pariat vniuersis. Interdum autem imperitari

Itinera-
ria.

sticitas plura promittit: & credit se scire quæ nescit. Sed
cautele caput est vt ad quæ loca vel quibus itineribus sit
profecturus exercitus ignoretur. Tuttissimum nanque
in expeditionibus creditur facienda nesciri. Ob hoc ve= teres Minotauri signum in legionibus habuerunt: vt Minotauri quemadmodum ille in intimo & secretissimo labyrintho ri signum additus perhibetur: ita ducis consilium semper esset oc cultum. Securum iter agitur: quod agendum hostes minime suspicantur. Verum quia exploratores altrinsecus missi profectionem suspicionibus vel oculis deprehendunt: vel interdum transfluge proditoresque non de sunt: quemadmodum occurri ingruentibus debeat inti metur. Dux cum agmine exercitus profecturus fidelissimos, argutissimosque cum equis probatissimis mittat: qui loca per quæ iter faciendum est in progressu & a tergo dextra leuaque perlustrent: ne aliquas aduersarij moliantur infidias. Tutiis autem operantur exploratores noctibus quam diebus. Nam quodammodo ipse sui pro ditor inuenitur cuius speculator fuerit ab aduersarij comprehensus. Primi ergo equites iter arripiant. Inde pedites, impedimenta, saginarij calones, vehiculaque in me dio collocentur: ita vt expedita pars peditum & equitum subsequatur. Nam ambulantibus interdum quidem a fronte, sed frequentius a tergo superuentus infertur. A lateribus quoque pari armatorum manu impedimenta claudenda sunt. Nam insidiatores in alio loco impulsant transuerso frequenter incursu. Illud quoque præcipue obserandum est: vt ea pars ad quam hostis venturus creditur oppositis electissimis equitibus & leuis armatura necnon etiam peditibus sagittarij muniantur. Quod si vndique circumfunduntur inimici: vndique preparata debent esse subsidia. Ne vero repentinus

FLAVII VEGETII DE RE MILITARI
tumultus amplius noceat: ante commonendi sunt milites
ut parati sint animo: ut arma in manibus habeant. Nam
in necessitate subita que conterrent, prouisa non solent esse
formidini. Antiqui diligentissime precauebant ne a caloni-
bus interdum vulneratis interdum timentibus & sagi-
nariis clamore pauefactis pugnantes milites turbarentur
ne dispersi longius aut congregati amplius q̄ expedit im-
pedirent suos: hostibusq; prodeissent. Et ideo ad exemplū
militum etiam impedimenta sub quibusdam signis ordi-
Catones nanda duxerunt. Deniq; ex ipsis calonibus quos galearios
galearij vorant idoneos ac peritos v̄su legebant: quos nō amplius
q̄ ducentis saginariis puerisq; prefecerant. Hisq; vexilla
dabant: vt scirent ad que signa deberent impedimenta col-
ligere. Sed propugnatores ab impedimentis laxamento ali-
quo diuiduntur: ne constipati ledantur in prelio ambulā
te exercitu. vt locorum varietas euenerit ita defensionis ra-
tio variatur. Nam in campis patentibus equites magis so-
lent impugnare q̄ pedites. At vero in locis silvestribus vel
montuosis vel palustribus pedestres magis formidande
sunt copie. Illud quoq; vitandum ne per negligētiā alijs
festinantibus: alijs tardius incedentibus interrumpat acies
aut certe tenuetur. Continuo enim hostes interpollata per-
uadunt. Preponendi ergo sunt exercitatissimi campi docto-
res viarij vel tribuni: qui alacriores retardent et pigris
incedētes accelerare compellant. Nam qui multum prece-
serunt superuentu factō non tam redire q̄ fugere cupiunt.
Quivero extremi sunt deserti a suis vi hostiū ac ppria de-
speratiōe superantur. Sciēdū est etiam q̄ aduersarij in his
locis que sibi oportuna intelligunt subcessas occultius col-
locant: vel aperto marte impetum faciunt. Sed ne secretū
noceant ducis prestat industria: que omnia prius cōuenit
explorare. Deprehensa quoq; subcessa si circumueniatur

LIBER TERTIVS

vtiliter plus periculi sustinet q̄ parabat inferre. Aperta autem vis si preparetur in montibus altiora loca premis- sis sunt presidijs occupanda: ut hostis cum aduenerit repe- riatur inferior: nec audeat obuiare cum tam a fronte quā supra caput suum cernat armatos. Qd si anguste sint vie sed tamen tute melius est precedere cum securibus ac do- labris milites: & cum labore vias aperire q̄ in optimo itinere periculum sustinere. Præterea noscere debemus ho- stium consuetudinem vtrum nocte, an incipiente die, an ho- ra reficiendi lassis superuenire consueverunt: & id vita- re quod illos facturos ex more putamus. Iam vero vtrū peditibus an equitibus, vtrum contatis an sagittarijs am- plius valeat, vtrum numero hominum an armorum mu- nitione precellant nos scire conuenit: & ordinare quod nobis utile illis docetur aduersum. Tractare quoque per diem an per noctem iter expeditat inchoare: que & quan- ta locorum interualla sint ad que cupimus properare: ne- cessitate atq; penuria obsit euntibus: ne hyeme difficiles aut inuie occurrant paludes maioresq; torrentes: & impedi- to itinere circuueniat exercitus priusq; ad destinata per- veniat vt nostra commoditas est ista sapienter vitare: ita si aduersariorum imperitia vel dissimulatio occasionem nobis dederit: non oportet dimitti sed explorare sollicite proditores ac træfugas inuitare: vt quod hostis moliatur in presenti vel in futurum possimus agnoscere: paratisq; equitibus ac leui armatura ambulantes eosdem vel pa- bula victimque querentes improviso terrore decipere.

Quemadmodum flumina que sunt maiora transean- tur.

Cap. VII.

N træfatu fluviorum grauis molestia negligē- tibus frequenter emergit. Nam si qua aqua- d ij

FLAVII VEGETII DE RE MILITARI
violentior fuerit aut aliens latior impedimenta pueros et
interdum ipsos ignauos solet mergere bellatores. Ergo ex-
plorato vado due acies equitum electis animalibus ordi-
natur interuallis competentibus separate ut per mediū
pedites et impedimenta transeant. Nam acies superior
a quarum impetum frangit: inferior qui rapti submersiq;
fuerint colligit atq; transponit. At cum altior fluctus nec
peditem nec equitem patitur si per plana decurrat ductis
multifariam spargitur fossis: diuisusq; facile transit. Na-
uigeri vero omnes hastis fixis ac superpositis tabulatis
peruij fiunt: vel certe tumultuari opere colligatis inani-
bus cuppis additisq; trabibus transitum prebent. Expedi-
ti vero equites fasces de canis aridis vel vlua facere co-
sueuerunt: super quos loricas et arma ne videnter impo-
nunt: ipsi equiq; natando transeunt colligatisq; secum fa-
sces pertrahunt sarcinis. Sed commodiis repertum est ut
monoxylos hoc est paulo latiores scapiolas ex singulis tra-
bibus excavatas pro genere ligni et subtilitate levissima
carpentis secum portet exercitus tabulis pariter et clavis
ferreis preparatis. Ita absq; mora constructus pons et
funibus qui propterea habendi sunt vincitus lapidei arcus
soliditatem prestet in tempore. Sed instates aduersarij ad
transitus fluminum insidias vel superuentus facere con-
sueuerunt. Ob quam necessitatem in vtraq; ripa collocan-
tur armata presidia ne alio interueniente diuisi oppri-
mantur ab hostibus. Cautius tamen est sudes ab vtraque
parte prefigere: ac sine detimento si qua vis illata fuerit
sustinere. Quod si pons non tantum ad transitum sed etiam
recurrsum et commeatum necessarius fuerit: tunc invtro
q; capite percussis latioribus fossis aggereq; constructo de
fensores milites debet accipere a quibus tandem teneatur
q; diu necessitas locorum postulat.

Monoxy
li:

Quemadmodum castra debent ordinari.
Caput. VIII.

Onsequens videtur itineris obseruatio-
ne descripta ad castrorum in quibus ma-
nendum est venire rationem. Non enim
belli tempore ad stativa vel mansionem
munita ciuitas semper occurrit: ex in-
statum est plenumque discriminis exercitum passim sine
aliqua munitione considerare: cum militibus ad capiendum cibum
occupatis: aut ad munia facienda dispersis facile
nectantur insidie. Postremo noctis obscuritas, necessitas
somni, paucitatem equorum dispersio occasionem super-
uenientibus prestat. In metandis castris non sufficit bonū
locum eligere: nisi talis sit ut alter eo non possit melior in-
ueniri: ne utilior pretermisssus a nobis ex ab aduersariis
occupatus apparet incommode. Cauendum quoq; ne
per estatem aut aqua borbosa in proximo: aut salubris
aqua sit longius. Hyeme ne pabulatio defit aut lignum:
subitis tempestatibus campus in quo manendum est so-
leat inundari: ne sit in abruptis ac deuijs ex circumsedentibus aduersariis difficulter egressus: ne ex su= perioribus locis missa ab hostibus in eum tela perue-
niant. Quibus ut oportet caute studioseque prouisus, pro
necessitate loci, vel quadrata, vel rotunda, vel trigona,
vel oblonga castra constitues. Nec utilitati preiudicet for-
ma. Tamen pulchriora creduntur quibus ultra lati-
tudinis spatium tertia pars longitudinis additur. Ita au-
tem ab agrimensoribus podisimum mensure colligi opor-
tet ut ad quantitatem [concludatur exercitus. Nam propu-

FLAVII VEGETTI DE RE MILITARI
gnatores angusta constipant: et ultra quod conuenit latiora
diffundunt. Tribus autem modis diffundunt castra muni-
ri posse. Primum in unius noctis transitu, et itineris oca-
cupatione leuiorē: cum sublati cespites circundat. Et age-
Valli. re faciūt supra quē valli hoc est sudes vel tribuli lignei p-
ordinē digerunt. Cespes autē circūciditur ferramentis qui
herbarū radicibus continent terrā: sit altus semissem latus
pedē: longus pedem semis. Qd si terra solutior fuerit: vt
ad similitudinē lateris cespes non possit abscindi: tunc ope-
re tumultuario fossa percutit: lata pedes quinq; alta tres.
cui intrinsecus agger excrescit: vt sine metu securus q; escat
exercitus. Statiua autem castra estate vel hyeme hoste vici
no maiore labore ac cura firmantur. Nam singule cēturie
diuidentibus campi doctoribus et principijs accipiūt pe-
daturas et scutis vel sarcinis suis in orbē circa propria
signa depositis cincti gladio fossā apīūt, latā aut nouē aut
vndecim, aut tredecim pedibus: vel si maior aduersario-
rum vis metuitur pedibus decem et septē imparem enim
numerū obseruari moris est. tum sepibus ductis vel inter
positis stipitibus ramisq; arborum ne facile terra dilaba-
tur agger erigitur. Supra quem ad similitudinem muri
pinne et propugnacula cōponuntur. Opus vero centurio-
nes decem pedis metiuntur: ne quis minus foderit aut er-
rauerit alicuius ignavia. Id tribuni circueunt: nec ante di-
scendunt qui streui sunt, q; fuerint omnia perfecta. Ne ta-
men aliquis superuentus laborantibus fiat: omnes equites
et pars peditum qui non operantur dignitatis priuile-
gio ante fossam in precinctu armata consistit: vt ingruen-
tes repellat inimicos. Prima igitur signa locis suis intra ca-
stra ponuntur: quia nihil est venerabilius eorum maiesta-
te militibus. duci pretorium eiusq; comitibus preparatur
tribunis tabernacula collocantur quibus per contubernia

LIBER TERTIVS

29

les ad munia deputatos aqua lignum, ex pabula, ministrâtur. Tunc pro gradu legionibus et auxiliis, equitibus, ex peditibus loca in quibus papiliones tendant deputantur in castris: ac de singulis centurijs quaterni equites ex quaterni pedites qui ex cubitum noctibus faciunt eliguntur.

Et quia impossibile videbatur in speculis per totam noctem vigilantes singulos permanere: ideo in quatuor partes ad clepsydram sunt diuise vigilie: ut non amplius q̄ tribus horis nocturnis necesse sit vigilare. A tubicine omnes vigilie committuntur. Et finitis horis a cornicine reuocâtur idoneos tamen tribuni ex probatissimos eligunt qui circueant vigilias ex renūcient si qua emerserit culpa, quos cunctores appellant. Nunc militie factus est gradus et circito citores appellantur. Sciendum tamen est equites extra valorem nocturnas excubias facere debere. Per diem autē castris positis alijs mane: alijs post meridiem propter fatigas ratione ubera et feritionem hominum equorumq; angarias faciunt. Inter praecepit cipua conuenit ducem prouidere, siue in castris: siue in ciuitate consistat ut animalium pascha, subiectio frumenti, fastarum specierum, aquatio, lignatio, pabulatio, secura ab hostium reddatur incursu: quod aliter non potest evenire nisi per loca idonea qua nostrorum ambulat commeatus presidia disponatur: siue ille ciuitates sint: siue castella munita. Qd si non reperitur antiqua munitio: opportunis locis circundata maioribus fossis tumultaria castella, firmantur. Nam a castris diminutio vocabulo sunt nuncupata castella. Intra que in angarijs aliquāti pedites, equitesq; degentes, tutum iter commeatibus prestant. Difficile enim hostis ad ea loca audet accedere in quibus ex afro, ex a tergo nouit aduersarios commorari.

Que ex quanta consideranda sunt ut intelligat vtrū

FLAVII VEGETII DE RE MILITARI
superuentibus & insidijs an publico debeat marte cō-
fligi.

Cap. IX.

¶ Visquis hos artis bellice commentarios
ex probatissimis auctoribus breuiatos
legere dignabitur: quamprimum legē
prelij depugnandiq; cupit' audire prece-
pta scilicet conflictus publicus duarum
vel trium horarum certamine definitur. Sed quoniā par-
tis eius que superata fuerit spes omnis intercidit. Ideo
omnia ante cogitanda sunt, ante tentenda, ante facien-
da quam ad ultimum veniatur abruptum. Boni enim di-
ces non aperto marte prelum in quo est commune peri-
culum, sed ex occulto semper attentā: ut integris suis quā-
tum possint hostes interimant certe vel terreat. In qua
parte que necessaria admodum sunt ab antiquis recepta
perscribam. Præcipua ars & utilitas ducis est ut adhibi-
tis ex vniuerso exercitu scientibus belli & sapientibus vi-
ris, de suis & hostium copijs, sepius tractet: omni (que
plurimum nocet) adulatio summa vtrum maiore nu-
merum pugnatorum ipse an hostes habeat. Vtrum ipsius
an aduersariorum homines magis armati sint & mu-
niti: qui magis exercitati: qui sunt in necessitatibus for-
tiores. Querendum est etiam vtra pars equites vtra pe-
dites habeat meliores. Si ciendumq; in peditibus maxime
consistere robur exercitus. & inter ipsos equites quis cō-
tatis quis sagittarijs antecedit. Quis plures loricas induit
quis utiliores equos adduxerit. Postremo ipsa loca in qui-
bus pugnandum est: vtrum inimicis an nobis videantur
accommoda. Nam si equitatu gaudemus campos optare
debemus si pedite loca eligere angusta fossis, paludibus,
vel arboribus impedita & aliquotiens montuosa cui ma-

LIBER TERTIVS

30

gis victus abundet quam desit. Nam famēs ut dicitur intrinsecus pugnat & vincit sepius sine ferro. maxime autem tractandum est: vtrum protrahi necessitatem expedit, an celerius dimicari. Interdum enim sperat aduersarius expeditionem cito posse finiri: & si delatus fuerit in longum aut penuria exercitus maceratur, aut desiderio suorum renouatur ad propria: aut nihil magnum faciens per desperationem abire compellitur. Tunc fracte labore & tedium plurimi deserunt aliquanti produnt: aliquanti se tradunt: quia aduersis rebus rarer fides est, & nudari incipit qui copiosus aduenerat. Ad rem pertinet nosce qualis ipse aduersarius vel eius comites optimatesque sint vtrū te temerarij, an cauti, an audaces, an timidi, scientes artem bellicam, an ex usu temere pugnantes: que gentes cum his fortes, que ignave pugnauerint: nostra auxilia cuius fidei qualiumque sint virium quos animos illius copie, quos habeat noster exercitus, que pars sibi magis victoriam repromittat. Eiusmodi enim cogitationibus virtus augetur aut frangitur. Desperantibus autem crescit audacia adhortatione ducis, & si nihil ipse timere videatur, crescit animus si ex insidijs vel occasione aliquid fortiter fecerit: si hostibus aduerso res ceperint euenire: si vel infirmiores aut minus armatos ex inimicis potueris superare. Cauendum autem est ne dubitantem aut formidantem exercitum ad pugnam publicam aliquando producas. Interest verum tyrones an veteres milites habeas: vtrum ante breve tempus in expeditionibus fuerint: an annos aliquot in pace durarint. Nam pro tyronibus accipiendi sunt qui pugnare longo tempore desierunt. Sed cum legiones, auxilia, vel equites ex diversis aduenerint locis.

FLAVII VEGETII DE RE MILITAR.
dux optimus & separatis singulos numeros per tribus
electos quorum scitur industria ad omnia genera ex-
ercere debet armorum & post in unum collectos quasi
depugnaturos conflictu publico exercebit: ipse sepius tem-
perabit quicquid artis possint habere: quod virium: quem=

admodum sibi ipsi consentiant. utrum ad tubarum moni-
ta. ad signorum indicia, ad præcepta vel nutum suum dili-
genter obtemperent. Si errant in aliquibus exerceantur at
q; doceatur qdū possint esse perfecti. Sivero in campi cur-
sione, in sagittando, in iaculando in ordinanda acie ad ple-
num fuerint eruditi: nec siquidem temere occasione capta=

ta ad publicam deducendi sunt pugnā: sed ante minoribus
plijs ibuendi. Dux itaq; vigilans, sobrius, prudens tanq; de
cūili causa inter partes iudicaturus adhibito consilio de
suis & aduersarij copijs iudicet. Et si multis rebus supe-
rior inuenit oportunitum sibi nō differat inire conflictū.
Si vero aduersarium intelligit potiorem: certamen pu-
blicum vitet. Nam pauciores numero & inferiores viri
bus superuentus & insidias facientes sub bonis ducibus
reportauerunt saepe victoriam.

Quid oportet fieri si quis desuetum a pugna habeat
exercitum vel tyronum. Caput. X.

Mnes artes loīaq; opera quotidiana vñi & ini-
gi exercitatione proficiunt. Quod si in suis ve-
rū est: quanto magis debet in maximis custodiri?
Quis aut dubitat arte bellicā rebus oībus esse potiorē, p
quā libertas retinetur, et dignitas pūincie propagatur: &
cōseruatur imperiū: Hanc quōdam relictis doctrinis om-
nibus lacedemonijs & postea coluere romani. Hāc solā ho-
die quoq; barbari putant esse seruandam. Cetera autem
hac arte cōsistere omina aut p hanc assequi se posse confi-
dunt. Hāc dimicatoribus est necessaria per quam vitam

retineant: ex victoriam consequantur. Dux ergo cui tate
potestatis insignia traduntur. Cuius fidei atq; virtuti pos-
sessorum fortune, tutele, vrbium, salus militū reip. credi-
tur gloria: non tantum pro vniuerso exercitu, sed etiam p
singulis contubernalibus debet esse sollicitus. Si quid em
illi eueniat in bello ex ipsius culpa. ex publica videat inius-
tia. Ergo si tyronem vel diu armis desuetum exercitū di-
cit singularum legionum sive auxiliorum: necnon etiā ve-
xillationum vires animos consuetudinē diligenter explo-
ret. Sciat etiam si potest fieri nominatim quis comes, quis
tribunus, quis domesticus, quis contubernalis quantum
possit in bello auctoritatēq; maximam severitate sumat
oēs culpas militares legibus vindicet nulli errantiū credas-
tur ignoscere: in diuersis locis ex diuersis occasionibus oīnt
experimenta percipiāt. His ut oportet ita curatis cum di-
spersi ad p̄dādū securri oberrant hostes: tunc p̄batos eq̄tes
sive pedites cū tyronibus aut iferioribus mittat: ut ex oc-
casione fusis inimicis et illis p̄icia, et reliq̄s crescat audacia.
Ad trāitus fluuiorum, ad præcipitia montiū: ad siluarum
angustias, ad paludum aut viarū difficultates superuētus
nullo sciente disponat: atq; ita iter suū tēperet ut aut cibū
capientes, aut dormientes, aut vacantes certe securos iner-
mes, discalciatos, distractis equis, nihil suspicantes ipse pa-
ratus inuadat: quatenus in huiusmodi certaminibus sui fe-
duciam colligant. Nam qui ante longum tēpus aut omni-
no nunq; viderunt homines vulnerari vel occidi, cum pri-
mum aspexerint perhorrescent, ex pauro confusi de fie-
ga magis q̄ de conflictu incipiunt cogitare. Præterea si ex-
currant aduersarij longo itinere fatigatos aggrediatur:
ultimo certe vel insperatos superueniat eos etiam qui lō-
ge a suis aut pabuli aut prede gratia commorantur ci-
to occupet cum delectis. Illa enim ante temptanda sunt

FLAVII VEGETII DE RE MILITARI
que si male cesserint minus noceant: si bene, plurimum pro-
sint. Inter hostes discordiarū serere causas sapientis est di-
cis. Nulla em̄ quis sit minima natio cito pōt ab aduersa-
riis deleri nisi proprijs simultatibus seipsa consumperit:
Nam ciuale odium ad inimicorum perniciem præceps est,
ad utilitatem sue defensionis incautum. Vnum illud est in-
hoc opere predicendum: ut nemo desperet fieri posse que
facta sunt. Dicat aliquis, multi anni sunt quibus nullus fos-
sa, aggere, vallo mansurum circundat exercitum. Respōde-

Persarū tuus hostium nocere potuisse. Perse imitantes romanos du-
mos ī fossē cōstrūta cōstra constitūunt: & quia arenosa sunt ppe oia-
sis ducen saccos quos inanes portauerāt expuluerulēta quae est offo-
dis.

ditur terra cōplent: eorumq; cumulo aggerem faciunt. Oēs
barbari carris suis in orbem connexis ad similitudinem
castrorū securas a superuenientibus exigunt noctes. Vere-
mur ne discere nequeamus que a nobis alijs didicerūt. Hac
ex vſu librisq; discenda que antea seruabantur, sed omis-
sa diu nemo quesuit: quia vigentibus pacis officijs pcul
aberat necessitas belli. Sed ne impossibile videatur ar-
morum disciplinam cuius vſus intercidit reparari posse
doceamus exemplis. Apud veteres ars militaris in obliuio-

nem sepius venit: sed prius a libris repetita est, postea du-

Scipionis cum auctoritate firmata. Scipio africānus sub alijs impe-
africā ratoribus hispanienses exercitus frequenter vīctos accepit
in exercētōs hos discipline regula custodita omni opere fossisque facie-
do milite dis ita diligenter exercuit: vt diceret fodientes luto in-
cura.

quinari debere qui madere hostium sanguine voluissent.

Metelli di Cūm ipſis denique numantinos sic capta ciuitate concre-
ligentia. maut ut nullus euaderet. Metellus in affrica albino im-

perante subiugatum accepit exercitum. Quem ita emen-
dauit veteribus institutis & disciplina maiorum ut po-

LIBER TERTIVS

32

Ita eos a quibus sub iugum missi fuerant superarent
Cimbri quoque Cepionis et mauli et syllani legiones
inter gallias deleuerunt. Quarum reliquias cum Gaius ma-
rius suscepisset ita erudiuit scientia et arte pugnandi ut Marij dis-
innumerabilem multitudinem non solum cimbrorum sed ligentia
etiam teutonum et ambronum publico marte deleret. Fa-
cilius autem est ad virtutem instruere nouos milites quam re-
tineare perterritos.

Quæ ipso die procuranda sunt cum
publica committitur pugna.

Capit. XL.

P Remissis leuioribus artibus belli ad pri-
blici conflictus incertum et ad fatalent
diem nationibus ac populis ratio disci-
pline militaris inuitat. Nam in euentis
aperti martis victorie plenitudo consistit. Hoc ergo tem-
pore tanto magis duces debent esse solliciti quanto maior
speratur diligentibus gloria et maius periculum comi-
tatur ignavos. In quo momento pericie usus pugnandi
doctrina consiliumque dominatur. Veteribus seculis mos
fuit parco cibo curatos milites ad certamen educere: ut ci-
taciores sumpta redderet escas et longiore conflictu non
fatigarentur inedia. Præterea obseruandum est per-
sentibus hostibus siue ex castris siue ex ciuitate pro-
ducas ad prælium nendum per angusta portarum pa-
ticulatim procedat exercitus a collectis et preparatis
vebilitetur inimicis. Ideoque prouidendum est ut ante
dūnes milites egrediantur portam et aciem prius con-

FLAVII VEGETII DE RE MILITARI
struant q̄ hostis adueniat. Quod si intra ciuitatem manē-
tibus paratus aduenerit aut differat egressus: aut certe dis-
simuletur: ut cum aduersarij insultare ceperint his quos
non putant exituros: cum ad p̄dam vel redeundi cōverte-
rint animū cum ordinē soluerint, tunc illis stupentibus le-
ctissimi quiq; prorūpant & cōferti aggrediātur ignaros
Obseruat aut ne longo spacio fatigentur milites ne lassos
post cursum equos ad publicū pliū cogas multū viriū labo-
re itineris pugnaturus amittit. Quid faciet q̄ ad aciē anhe-
lus aduēcat? hoc & veteres declinarūt & superiori no-
stra etate cū romani duces p̄ imperitiā nō cauissent ne qd
amplius dicā exercitus perdiderunt. Impar enim conditio
est lassum cum requieto, sudantem cum alacri: currentem
cum eo qui steterit inire conflictum.

Inuestigandum quid sentiant milites pugnaturi.

Caput.

XII.

¶ Ps̄a die qua certaturi sunt milites qd sentiat di-
ligēter cōuenit explorare. Nā formido vel fi-
ducia ex vultu, verbis, incessu, motibus cernit
nec confidas satis si tyro prelum cupit: in exptis em̄ dul-
cis est pugna. Et noueris te oportere differre si exercitati
bellatores metuunt dimicare. Monitis tñ & adhortatione
ducis exercitui virtus accrescit & animus: p̄cipue si futu-
ri certaminis talem acceperint rationē qua sperent se faci-
le ad victoriā puenturos. Tunc inimicorum ignauia vel er-
ror ostendēdus est: vel si antea a nobis superati sunt cōme-
morandum. Dicenda etiam quibus militum mētes in odiū

Quibus aduersariorum in iram & indignationem moueantur.
dux exer Aninis pene oīm hominū hoc naturaliter euēnit: vt tre-
citu mo = pident cum ad conflictum venerit. Sine dubio autem for-
ueat. midolosiores sunt quorum mentes ipse confundit aspectus
Remediu Sed hoc remedio lenitur: si anteq̄ dimicēs frequē-
ter exercitium

LIBER TERTIVS

33

ter exercitum tuum locis tutioribus ordines : vnde et informi
et videre hostem et agnoscere consuecat. Interdu audeat dine mi-
aligd ex occasione aut fugent, aut interimant, inimicorum litum.
mores, aduersariorum arma, et equos recognoscant. Nam
que ex usu sunt non timentur.

Quemadmodum idoneus locus eligatur ad pugnam.

Caput.

XIII.

Onum ducem coenit nosse magnam partem vi-
ctorie ipsum locum in quo dimicandum est possi-
dere. Elabora ergo ut conservurus manum pri-
mum auxilium capias ex loco: qui tanto utilior indicatur quanto
superior fuerit occupatus. In subiectos enim vehementius
tela descendunt, et maiore impetu obnitentes pars altior
pellit: Qui aduerso niti clino duplex subit cum loco et ho-
ste certamen, sed illa distracta est: quod si de peditibus tuis vi-
ctoriam speras contra equites hostium longa aspera, inequa-
lia, montuosa debes eligere. Si vero de equitibus tuis contra
aduersariorum pedites victoriam queris: sequi debes pau-
lo quidem editiora loca sed plana: atque patentia, neque silvis
neque paludibus impedita.

Quemadmodum acies beat ordinari ut in confli-
ctu reddatur iniusta.

Caput. XIV.

Rdinaturus aciem tria debet ante prospicere. so-
lem puluerem, et vetum. Nam sol ante faciem
eripit visum, ventus contrarius tria infle-
xit ac deprimit, hostium adiuvat tela. puluis a fronte conge-
stus oculos ingerit et claudit. Hec momento eo quo acies ordi-
natur etiam ingerit et vitare solent: sed duci prouido cauen-
dum est in futurum: ne post paululum accidente die no-
teat solis mutata conuersio: ne ventus aduersus hora solita

FLAVII VEGETI DE RE MILITARI

Aries. eo pugnante nascatur. Ita ergo cōstituantur ordines ut hæc post occipitiū nostrum sint, & si potest fieri aduersariorum impetant faciem. Aries dicitur exercitus instructus:

Frons. frons cuius aduersum hostem spectat. Hæc in pugna publica si sapienter disponitur plurimū iuuat: si imperite quis optimi bellatores sint mala ordinatione franguntur. Instructionis lex est ut in primo exercitati & veteres milites collocentur: quos antea principes vocabant. In secundo ordine circundati catafractis sagittarij & optimi milites cum spiculis vel lanceis ordinantur: quos prius hastatos vobabant. Singuli autem armati in directum ternos pedes inter se occupare consueuerunt: hoc est i mille passibus mille sexcenti sexaginta sex pedites ordinantur in longum: ut nec acies interlaceat, & spacium sit arma tractandi. Inter ordinem autem & ordinem a tergo in latum sex pedes distare voluerūt ut haberet pugnates spaciū accedēdissent: atq; recedēdi, vehementius em cū saltu cursuq; tela mittiuntur. In his duobus ordinib; & etate maturi & vsu cōfidentes & muniti grauioribus etiam armis collocantur. Hi em adinuicē muri nec cedere, nec sequi alijs cogendi sunt ve ordines turbent: sed venientes aduersarios excipere, et stādo pugnādoq; repellere vel fugare. Tertiū ordo disponit de armaturis velocissimis, de sagittarijs iuuenibus de bonis iaculatoribus quos antea ferētarios nominabāt

Principes

Hastati.

Ferentiā = Quartus itē ordo cōstruitur de scutatis expeditissimis, de sagittarijs iunioribus, de his qui acriter verutis vel martio barbulis quas plumbatas nominant dimicant, qui dicebāt leuis armatura. Sciendum ergo est stāntibus duobus primis ordinib; tertium & quartum ordinem ad prō-

Leuis ar- nocandūm cum missilibus & sagittis primo loco semper matura. exire: q; si hostes in fugam vertere potuerint ipsi cū equis tibus persequuntur. Sin vero ab hostibus pulsi fuerint

redeunt ad primam & secundam aciem: & inter ipsos
 recipiunt se ad loca sua. Prima autem & secunda acies cu
 ad spathas & ad pila ut dicitur ventum fuerit totum sua
 stinet bellum. In quarta acie ponabantur interdum caro=baliste, & manubalistarij fundibulatores, funditores. **Fundibus**
 dibulatores sunt qui lapides fustibalis iaciunt. **Fustibus** latores.
 fustis est longus pedibus. iiii. cui per medium ligatur fun=da de corio: & vtraq; manu impulsus prope ad instar **Fustiba-**
 onagri dirigit saxa. Funditores sunt qui fundis ex linovel **Fundito-**
 setis factis (has enim dicunt esse meliores) cōtorto circa caput **res.**
 brachio dirigunt saxa. Quibus scuta deerant sine lapidi=bus manu iactis, sine missilibus in hoc ordine dimicabant
 quos accensos tanq; immiores & postea additos nomina=bant. **Accensi-**
 Sextus ordo post omnes a firmissimis & scutatis,
 & omni genere armorum munitis bellatoribus teneba=tur: quos antiqui triarios appellabant: hi ut requieti &
 integri acris inuaderent hostes post ultimas acies sedere **Triarij:**
 consueuerant. Si quid enim primis ordinibus accidisset de**borum viribus reparationis spes tota pendebat.**

Ratio podismi quantum spacium in acie inter singu=los homines in longum vel in latum inter singulos or=dines debeat custodiri. **Caput. XV.**

Explanato aut̄ qualiter debeat acies instrui nūe podismū mēsurāq; ipsius ordinatiōis exponā. In mille passibus capi vna acies mille sexcētos sexaginta sex suscipit pedites: propterea quia singuli pi=gnatores ternos occupant pedes. Quod si sex acies in mil=le passibus ampi volueris ordinare: nouem milia no=naginta sex pedites sunt necessarij. Si autem in ter=nos ordines hunc numerum volueris tendere, dis*e ij*

EL AVII VEGETII DE RE MILITARI
millia passuum comprehendes. Sed melius est plures acies
facere q̄ milites spargere. Senos autē pedes a tergo iter sin-
gulas acies in latū diximus patere debere: et ipsi bellato-
res stantes singulos obtinent pedes. Ideoq; si sex acies or-
dinaueris quadraginta et duos pedes in latum et mille
passus in longum et decem milium hominum tenebit ex-
excitus. Si autem in ternos volueris. xxi. pedes in latum et
duo milia passuum in longum. x. milium. tenebit exerci-
tus. Ad hanc rationem siue. xx. milia. siue. xxx. milii pedi-
tum fuerint iuxta mensuram podismi sine aliqua dubita-
tione difficultatis potuerunt ordinari, nec dux fallitur cu-
sciat qui locus quātos possit capere armatos. Deniq; si an-
gustior locus sit vel multitudo sufficiat et iam inde no-
nū vel amplius acies ordinari conuenit. Magis enim expe-
dit ut conferti pugnant q̄ lōgius separati a suis. nā si nimil
fuerit acies attenuata cito ab aduersariis facta impres-
sione perrumpitur: et nullum postea potest esse reme-
dium. Qui autē numeri in dextro cornu: qui in sinistro: q̄
in medio debent ordinari et iuxta dignitates eorū ser-
vatur ex more: vel certe pro qualitate hostium commu-
natur.

De equitibus ordinandis.

Cap. XVI

Onstructa acie peditum equites ponuntur in
cornibus itavt loricati omnes et cōtati iūcti
sint peditibus. Sagittarij autem vel qui loricas
non habent longius euagentur. A fortioribus. Nāq; equi-
tibus peditū protegēda sunt latera et a velocioribus atq;
expeditis hostium cornua superfindenda sunt atq; tur-
banda. Scire dux debet contra quos drumos, hoc est glo-
bos hostiū quos eq̄tes oporteat ponere. Nā nescio q̄ occulta-
ratione immo pene diuina: alijs contra alios dimicant me-
lius, et qui fortiores vicerant ab inferioribus sepe

Drumi.

vincuntur. Qd si equites impares fuerint more veterum velocissimi cum scutis leuibus pedites ad hoc ipsum exercitati hīdē miscendi sunt: quos expeditos velites nomina-
bant. Quo facto quis fortissimi hostium venerint equites tamen aduersus mixtum agmen pares esse non possunt. Vnum hoc remedium dices veteres inuenierunt ut assue-
scere ficerent iuuenes currentes egregie, & inter binos equites singulos ex his pedites collocarent cum leuioribus scutis, gladiis, atq; missilibus.

De subsidijs que post aciem collocantur. Cap. XVII.

Sed optima ratio est & ad victoriā plurimū confert ut lectissimos, de peditibus, equitibus cum viarijs: comitibus tribunisq; vacantibus habeat dux post acie preparatos: alios circa cornua, alios circa medium ut sicubi hostis vehementer insistit ne rum patitur acies prouolent subito & suppleant loca: additaq; virtute innumerorum audaciam frangant. Hoc primi lacones inuenierunt quos imitati sunt carthaginenses romani postea vbiq; seruauerunt. Hac dispositione nulla melior inuenitur. Nam directa acies hoc solum agere debit si potest: ut hostem repellat, aut fundat. Si cuneus agendus aut forfex superfluos habere debent post aciem de quibus cui neum aut forficem facias: si copia de proximo duceda sit: Serra itē ex abundantibus ducitur: nam si de loco suo ordinatum militem transferre ceperis vniuersa turbabis. Si globus hostium separatus, aut alā tuam, aut partem aliā vrgere ceperit: nisi superfluos habeas quos contraglobos possis opponere siue egres siue pedites de acie tuleris: dū alia vis defendere: alia periculosius denudabis. Qd si belatorū tibi copia nō abundat melius est acie habere brevius

FLAVII VEGETII DE REMILITARI.
rem dūmodo in subsidijs colloces plurimos. Nā plures circa medias partes campi ex peditibus bene armatis debes habere lectissimos de quibus cuneū facias. & statim acīc hostium rumpas. contra cornua autem de contatis, lorisq; equitibus ad hoc seruatis & leui armatura pedis sum alas hostium circumuenire te conuenit.

In quo loco primus dux stare debet, in quo secundus,
in quo tertius. Cap. XVIII.

Vx qui precipuā sustinet potestate inceps equites & pedites in parte dextra stare consuevit. Hic enim locus est in quo tota acies gubernat ex quo rectus est liberq; procursus. Ideo autē inter utrosq; consistit vt & consilio regere et auctoritate tam equites quam pedites ad pugnā possit hortari. hic de equitibus supernumerarijs mixtis peditibus expeditis aduersarijū sinistrum cornu quod contra ipsum stat circuire & a tergo semper urgere debet. Secundus dux in media acie portavit peditem qui eā sustentet & firmet: hic fortissimos pedites & bene armatos de superfluis secū habere debet ex qibus aut ipse cuneū faciat ethostū acīc rūpat: aut si ad uersarijū cuneū fecerint ipse forficē faciat, vt cuneo illi possit occurrere. In sinistra parte exercitus tertius dux esse debet satis bellicosus & prouidus, quia sinistra pars difficilior est & velut māca in acie consistit ideo circa se bonus equites supernumerarios & velocissimos pedites secum habere debet: de quibus sinistrū cornu semper extendat: ne circumueniatur ab hostibus. Clamor autem quem quidā barrhitum vocant prius nō debet attolli q; acies utraq; se iuxterit. Imperitorū enim vel ignauorum est vociferari de longe cum magis hostes terreatur si cū telorū ictu

Barrhi =
tus.

clamoris horror acefferit. Semper autē studere debes ut
prior instruas aciē q̄ hostis: quia ex arbitrio tuo potes face
re qđ tibi utile iudicas cum nullus obstat: deinde et tuis
auges confidentiā eō aduersarijs fiduciā minis: quia for
tiores videntur qui provocare nō dubitat. Inimici autem
incipiunt formidare qui vident contra se acies ordinari.
Huic additur maximum cōmodum: quia tu instructus pa
ratusq; ordinantem eō trepidum aduersarium pōcupas
Pars enim victorie est inimicū turbare ante q̄ dimicat.

Quibus remedijs virtuti vel dolis hostium resistatur
in acie.

Cap. XIX.

Am in itineribus iā fatigatis in fluminū trans
n gressione diuisis: in paludibus occupatis: in iu
gis montiū laboratibus: in cāpis sparsis atq; se
curis i mājone dormiētibus opportunū preliū semper in
fertur cum alijs negocijs occupatur hostis prius interima
tur q̄ preparare se possit. Qđ si cauti sunt aduersarij eō
infidiarū nulla sit copia: tunc aduersum presentes sciētes,
vidētesq; equa cōditiōe pugnatur. Inde ars belli nō minus
in hoc aperto cōflictu q̄ in occultis fraudibus adiuuat eru
ditos. Cauendū vel maxime ne ab ala, cornuq; sinistro qđ
sepius euenit, aut certe dextro qđ licet raro contingit cir
cunueniātur tācum a multitudine hostiū, a vagātibus glo
bis quos drumos vocat. Qđ si acciderit vñū remediū est vt
alā cornuq; replices eō rotūdes: quatinus conuersi tui so
ciorū terga defendāt. Sed eō in angulo ipsius extremita
tis fortissimi" collocentur, quia ibi impetus amplior fie
ri consuevit. Item aduersum cuneū hostiū certis resistitur
modis. Cuneus dicitur multitudo peditū que iūcta cū acie
primo angustior deinde latior p̄cedit et aduersariorū or
dines rūpit. q̄ a pluribus in vñū locū tela mittuntur quam

Cuneus

FLAVII VEGETII DE RE MILITARI

Capit. rem milites nominant caput porcinum. Contra quem ordinatio ponitur quam forficem vocant. Nam electissimis **porcinū.** militibus confertis in v. litteram componitur: ex illum **Forfex.** cuneum excipit atq; ex vtraq; parte concludit. quo facta aciem non potest rumpere. Item serra dicitur que a strenuis directa ante frontem opponitur hostibus ut turbata **Serra.** acies reperetur: Globus autem dicitur qui a sua acie separatus vago superuentu incursat inimicos. Contra quem alter populosior vel fortior immittitur globus. Observandum quoq; est ne sub tempore quo id committitur pugnave lis ordines commutare: aut de locis suis aliquos numeros ad alia transferre. Statim enim nascitur tumultus atq; confusio. Et imparatis conturbatisq; facilius hostis incubit.

Quot generibus pugna publica committatur: ex quo modo etiam qui inferior est numero ex viribus valeat victoriam obtainere.

Cap. XX.

d Epugnationum septem sunt genera. vel modicum infesta ex vtraq; parte signa configuntur. Una depugnatio est fronte longa quadrato exercitu sicut etiam nunc prope semper solet primum fieri. Sed hoc genus depugnationis periti armorum non optimum indicant quia cum in prolixo spacio tenditur acies non equalis semper tam pus occurrit: ex si alii quando in medio sinus aut curvatura sit in eo loco acies frequenter irrumpitur preterea si multitudine aduersarii antecedit a lateribus aut dextram aut sinistram aliam circuuerit in quo periculum magnum est nisi supernumerarios habeas qui sustineant hostemq; repellant. Hoc genus solus debet configere qui ex plures ex fortes habuerit bellatores: ut ex vtroq; cornu hostem circumueniat: O.

Quasi in sinū suū concludat exercitus. Secunda depugnatio
est publica que plurimis melior, in quasi paucos strēnuos
loco idoneo ordinaueris, etiam si multitudine hostium &
virtute turberis tamen poteris reportare victoriam. Hu-
iis talis est modus. Cum instructe acies ad congressum ve-
niunt tūctu sinistram alam tuam a dextera aduersarij tui
longius separabis: ne vel missilia ad eam vel sagitte per-
ueniant dextrā autē alā tuā sinistre ale illius iunges: et ibi
primum incoha prelum: ita ut cum peditibus optimis et
probatissimis equitibus sinistram partem illius ad quam-
te iunxeris aggredere, atq; circueas: & detrudēdo atq; su-
percurrendo ad hostium terga peruenias. Qd si semel ad
uersarios exinde pellere ceperis, accendentibus cuius indubi-
tatam victoriā consequeris: & pars exercitus tui quā ab
hoste submoueris secura durabit. Ad similitudinem autē
A. littere vel libelle fabrilis acies in hoc dimicandi genere
constituitur. Qd si te prior aduersarius fecerit: illos quos
post aciē supernumerarios diximus debere poni tā equi-
tes q pedites ad sinistrum tuum colliges cornū: & sic ad
uersario resistes magnis viribus ne arte pellaris. Tertia
depugnatio est similis secūde: sed in hoc deterior q à sini-
stro cornu tuo cum illius incipis dextro configere: nam
quasi mancus impetus est eorum & aperte cum difficul-
tate aggrediuntur hostes: qui in sinistro dimicant cornū: q
apertius explanabo. Si quando alam tuam sinistram lōge
habueris meliorem, tunc & fortissimos equites pedites=
q; coniunge: & in congressu ipsam primā applica ad alā
hostium dextrā: & quantum potes aduersarij dextram
partem pellere & circuire festina. Tuā autē aliā exercitus
partē in qua deteriores bellatores habere te nosti a fini-
stra longe illius separa: ne vel gladijs inuadatur: vel ad eā
cela perueniant. In hoc cauendum est ne inimicorum cū-

FLAVII VEGETII DE RE MILITARI
neis transuersa tua acies elidatur. hoc autem modo vno at
su utiliter pugnabitur si aduersarius infirmius dextrum
cornu habuerit et tuloge fortius sinistrum. Quarta de-
pugnatio talis est. Cum ordinaueris aciem ante quadrin-
gentos vel quingentos passus que ad hostem peruenias: non
sperante eo subito ambas alas tuas incitare te comuenit
ut ex utroque cornu impropositos hostes vertas in fugam: et
celerius victoriam consequeris. Sed hoc genus certaminis li-
cet cito superet si exercitatos fortissimosque produixerit: ta-
men periculosum est quia mediā aciem suā qui sic dimicat
denudare compellitur et in duas partes exercitū separa-
re. Et si primo impetu vicitus non fuerit inimicus: habet
postea occasionem qua inuadat et diuisa cornua, et me-
diā aciem destitutam. Quinta depugnatio est quarte simili.
Sed hoc unum amplius habet quia leuem armaturam
et sagittarios ante primā aciem ponit: ut illis resistētibus
non possit irrumpi. Nam sic de dextro cornu suo illius si-
nistru, et de sinistro cornu suo illius dextru aggreditur.
Quod si fugare potuerit statim vincit: si minus media
acies illius non laborat: quia a leui armatura sagittariisque
defendetur. Sexta depugnatio optima est et prope simili
secunde qua utitur qui de numero suorum et de vir-
tute desperant: et si bene ordinauerint quis cum paucioribus
semper victoriam consequuntur. Nam cum instru-
cta acies ad hostes accedit dextram alam tuam sinistre ale-
hostiā iunge: et ibi per equites probatissimos et velo-
cissimos pedites incipe preliari. Reliquā autem partem
exercitus tui logissime a dextra parte illius remoue: et in-
directum porridge quasi veru. Nam si partem sinistram illius
et a lateribus et a tergo cooperis cedere sine dubio ver-
es in fugam: aduersarius autem nec de dextera parte sua
nec de media acie potest suis laborantibus subuenire: qd.

Acies tua extenditur & tota se porrigit ad similitudinem. Littere longissime que recedit ab hostibus.

Quo genere in itineribus sepe confligitur. [Ca. XXI.]

Eptima depugnatio est que loci beneficio adiuuat dimicantem. In hac quoque & cum paucioribus & cum minus fortibus poteris aduersarii sustinere: hoc est si montem, aut mare, aut flumen, aut lacum, aut civitatem, aut paludes, aut abrupta in parte vna habeas ex qua hostis non possit accedere reliquum exercitum tuum directa acie ordines. Sed in illa ala que munitionem non habet omnes equites & ferrentarios ponas. Tunc securus pro tuo arbitrio cum hoste confliges: quia ab una parte loci natura munite: ab alia duplex prope ponitur equitatus. Illud tamen obseruandum est quo nihil melius inuenitur: ut sine de dextro cornu tuo cum illius sinistro pugnare volueris: ibi fortissimos ponas, sine de sinistro cum illius dextro ibi strenuissimos colloces, sine in medio facere cuneos volueris per quos hostium acies rupas in cuneo exercitatissimos ordines bellatores. Victoria enim per paucos fieri consuevit. Tantum est ut electi a duce sapientissimo in his locis in quibus ratio & utilitas postulat ordinentur.

Viam abscedendi hostibus dandam ut deleantur facilius fugientes. Cap. XXII.

Lericque rei militaris ignari pleniores victoriariam credunt si aduersarios aut locorum angustijs, aut armorum multitudine citudederint: ut aditum non inueniant abscedandi. Sed clausis ex desperatione crescit audacia: & cum spei nihil est sumit arma formido libenter cupit commori qui sine dubio scit

FLAVII VEGETII DE RE MILITARI

Scipiois se esse moritum. Ideoq; Scipionis laudata sententia est:
sententia qui dixit viam hostibus qua fugeret non esse muniendam.
Nam cum abscedendi aditu patefacto mentes omnium ad
præbenda terga consenserit, multi more pecorum trucidā-
tur. Nec insequentium ullum periculum est cum victi qui
bus defendi poterant arma conuerterint. Hoc genere quid
eo maior fuerit exercitus tanto facilius multitudo p̄sterni-
tur: neq; enim ibi regredens est numerus vbi animus sea-
mel territus non tam tela hostium cupit declinare q; vultū.
Ceterū clausi licet exigui nūero & ifirmi viribus: hoc ipso
tñ sunt hostibus pares, quia desperantes scūnt aliud sibi li-
cere nō posse: sed vna salus victis nullam sperare salutē.

Quemadmodum ab hoste recedatur si consilium p̄-
gne displiceat. Caput. XXIII.

I gestis oībus quæ ratio militaris experimentis
d & arte seruauit vnum superest edocere quæ-
admodum recedatur ab hostibus. Nam discipli-
ne bellicæ & exemplorum periti nūsq; maius periculū im-
mirere testantur. Qui enim ante congressum recedit ex-
acie & suis fiduciam minuit & inimicis addit audacia.
Verum quia hoc sepius necesse est euenire: quibus modis
tuto possit fieri declarandum est: primū vt tui nesciat ideo
te recedere quia declinas inire confuctum: sed credant arte
aliqua se ideo reuocari vt ad oportuniorem locum inuite-
tur hostis vt facilius superetur. aut certe insequentibus ad-
uersarijs secretiores collocentur insidie. Nam necesse est qd
fugam parati sint qui ducem suum sentiunt desperare. Ila-
lud quoq; vitandum est ne hostes te recedere sentiant &
statim irruant. Propterea pleriq; ante pedites suos equi-
tes posuerunt vt discurrentes aduersarios videre non sine-

rent quemadmodum pedites abscederent. Item particulatim incipientes a primis singulas acies subducebant: retroq[ue] reuocabat in gradu suo manentibus reliquis quos sensim postea cesimq[ue] ad illos iungebant quos subduxerant. Primū aliquantis exploratis itineribus noctu cū exercitis recedebant ut hostes die orto cum intellexissent non posse sent comprehendere precedentes. Præterea leuis armaturæ permittebatur ad colles: aqua subito tuto reuocaretur exercitus: & si hostes insequi volnissent a leui armatura quæ antea occupauerat locum additis equitibus fundebantur. Nihil enim periculosius existimatur q[uod] si inconsulte in sequentibus ab his qui in subseffa fuerint vel qui ante se parauerint obnietur.

Quod tempus est oportune collocantur insidie.

Caput. XXIII.

Ecessario autem amplior securitas grauius solebit habere discriminem: imperatis cibū accipiētibus in itinere lassis, equos suos pascētibus ac nibil tale suspicātibus supuentus assolet fieri. Quod et nobis vitandum est & hosti in eiusmodi occasionibus pnicies inferenda. Hoc em̄ casu oppressis nec virtus potest nec multitudo p[ro]d[uc]esse: quia q[uod] in acie publica vicitur pugna, licet et ibi ers plurimū prosit: tñ ad defensionem suam potest accusare fortunā. Qui vero superuentus & subseffas insidias passus est culpam suam nō potest excusare: quia hoc evitare potuit, & per speculatores idoneos ante cognoscere. Cum receditur talis fraus fieri consuevit: recto itinere pauci equites cōsequunt̄ valida manus occulte p[er] alia mitit̄ loca ubi ad agmen inimicorum puenerūt eq[ui]tes temptāt̄ leniter atq[ue] discedunt: ille credit q[uod] cqd insidiarū fuerat pre-

LAVII VEGETI I DE RE MILITARI
teruisse & sine cura resolutur in negligentiā. Tūc illa ma-
nus quæ secreto itinere destinata fuerat supueniens oppre-
mit ignorātes. Multi cum ab hoste discedunt: si per silvas
ituri sunt premittūt qui abrupta vel angusta occupent lo-
ca: ne ibidem ab aduersarijs patientur insidias. Et rursus
post se præcisus arboribus vias claudunt quas compedes
vocant: ut aduersarijs facultatē adimant persequendi: &
pene vtrīq; parti in itinere ad subseſſas communis occa-
ſio est. Nam qui præcedit oportunitis vallibus vel silvo-
ſis montibus quasi post se relinquit insidias in quas cum
inciderit inimicus recurrit ipſe et adiuuat ſuos. Qui ve-
ro ſequitur auerſis ſemitis longe ante destinat expedi-
tos: ut præcedentem aduersarium arceata transitu: dece-
ptumq; a tergo & a fronte concludat. Dormientibus no-
ctu aduersarijs & qui precesserit potest regredi: & qui
ſequitur quantumuis interſit potest ſuperuenire per fra-
dem. In transſretatione fluiorū qui præcedit illam par-
tem temptat opprimere quæ præmissa transferat dum re-
liqui alueo Separantur. Qui autem ſequitur festinato iti-
nere illos qui non potuerunt transire conturbat.

De camelis & cataphractis equitibus. Caput. XXV.

Amelos aliquante natiōes apud veteres in acie
producerunt ut vrciliani in affrica: mahetes
hodie quoq; producunt, ſed hoc genus anima-
lium arenis & tolerande ſiti aptum confuſas etiam in
puluere vento vias abſq; errore dirigere memoratur. Ce-
terum præter nouitatem ſi ab insolitis videatur inefficax
bello eſt. Catafracti equites propter munimina quæ gerūt
a vulneribus quidem tuti ſed propter impedimentum &
pondus armorum capi eos facilem & laqueis frequente-

obnoxij cōtra disp̄os pedites q̄ cōtra eḡes in certamie m̄iores: tñ sunt aut ante legiōes positi aut cū legionarijs mixti qñ cominus hoc est manu ad manum pugnatar acies hostium s̄epe rumpunt.

Quomodo quadrigis falcatis vel elephantis in acie posse
sit obfisti. Caput. XXVI.

Vadrigas falcatas in bello rex antiochus
mitridates habuerūt. Quevt primū magnū in
acie intulere terrorē ita postmodum fuere de-
visui. Nam difficile currus falcatus planū semper inuenit
agrum: & leui impedimento retinetur: vnoq; afflito aut
vulnerato equo decipitur. Sed maxime hæc romanorū mi-
litū arte perierūt. Vbi ad pugnā ventū est: repente toto cā-
po romani tribulos abiecerūt in quos currentes quadrige Tribulus:
cū incidissent delete sunt. Tribulus aut̄ est ex q̄tuor palis
cōfixū pugnaculū: qđ quoquō abieceris tribus radijs stat
& erecto quarto infestus est. Elephanti in plijs magnitu-
dines corporū barritus horrore forme ipius nouitate, ho-
mines equosq; cōtur bāt: hos cōtra romanū exercitum pri-
mus in lucania rex Pyrrhus eduxit. Postea hamibal in Pyrrhus
Aphrica Rex anthiclus in oricte. Ingurtha in numidia co elephantis
habuerūt. Aduersus quos diuersi raeſistēdi excogita-
tos prius rūt ḡna armorū. Nā et Cēturiō i lucania gladio manū quā in italiā
pmisciden vocant vni abſcidit: & bini catafracti equi iū duxit.
gebāt ad currū. Quibus icidētes clibanarij sarissas hoc est Promu-
lōgissimos cōtos i elephātos dirigebāt. Nā mūti ferro nec scis.
& sagittarijs quos vehebāt. belue lededant: et earū ipetum Sarisse:
equorū celeritate vitabant. Alij contra elephātos catafra-
ctos milites imiserūt: ita vt i brachijs eorū & i cassidibus
vel humeris aculei ingētes ponerētur ē ferro ne manu sua

FLAVII VEGETII DE RE MILITARI
elephas bellatorem contra se venientē posset apprehendere. Præcipue tamen velites, antiqui aduersum elephantos ordinarunt. Velites autē erant iuvenes leui armatura corpore alacri: qui ex equis optime missilia dirigebāt. Hi eōs ptercurrētibus ad latiores lanceas vel maiora spicula beluas occidebāt: sed crescēte audacia postea collecti plures milites pariter pila hoc est missilia in elephantos cōgerebant eosq; vulneribus elidebant. Illud tamen additum est ut funditores cum fūstibalis & fundis rotundis lapidibus destinatis indos per quos regebantur elephanti cum ipsis turribus affligerent atq; mactarent, quo nihil tutius innititur. Praterea venientibus beluis quasi irrupissent acīcū spaciū milites dabant. Que cum in agmen medium peruenissent circumfūssis vndiq; armatorum globis cum magistris absq; vulneribus capiebantur ille se. Carrobalistas aliquanto maiores (he enim longius & vehementius spicula dirigunt) superpositas curriculis cum binis equis aut mulis post aciem ordinari conuenit: & cum subiactu teli accesserint bestie sagittis balistariorū transfiguntur. Latius tamen & firmius contra eas præfigitur ferrū cum in magnis corporibus maiora sint vulnera. Aduersum elephantos plura exempla & machinamenta retulimus: vi si qñ necessitas postulauerit sciatur que sint tam immanibus beluis opponenda.

Corroba-
liste:

Quid fieri debeat si vel pars vel totus exercitus fugerit. Caput. XXVII.

Iciendum vero est si pars exercitus vicerit & pars fugerit: minime desperādū, cum in eiusmodi necessitate ducis constātia totam sibi possit vendicare victoriam. Innumerabilibus hoc accidit belis & p superioribus sunt habiti qui minime desperarūt. Nā in simili cōditione fortior creditur quē aduersa nō frangunt.

LIBER TERTIVS

41

gunt. Prior ergo de cæsis hostibus spolia capiat quod ipsi dicunt colligat campum: prior clamore ac buccinis exulta re videatur: hac fiducia ita perterrebit inimicos ita suis fiduciā geminabit: quasi vīctor ex omni parte discesserit. Quod si aliquo casu omnis in acie fundatur exercitus perniciosa clade: tamen reparationis multis fortuna non defuit et medicina querenda est. Dux ergo prouidus sub ea cautela publico debet marte configere ut si quid pro varietate bellorum vel conditionis humanae secus acciderit absq; graui detimento liberet vīctos. Nam si vicini colles fuerint: si post terga munitio: si cæteris abscendentibus fortissimi quiq; restituerint se suosq; seruabunt. Frequenter iam fusa acies dispersos ac passim sequentes reparatis viribus interemunt. Nam nunq; exultantibus maius solet esse discriminē q; cum ex subita ferocia in formidinem cōmutantur. Sed quicunq; euentus fuerit colligendi sunt superstites: bello erigendi adhortationibus congruis et armorum instaurazione refouendi. Tunc noui delectus noua queruntur auxilia: et quod amplius prodest captatis occasionibus in ipsos vīctores per occultas insidias impetus faciendus est. Ac sic audacia reparanda. Nec oportunitas de erit cum pro felicitate superbius et incautius mentes effrantur humanae. Si quis hunc casum ultimum putat: cogitat euentus omnium præliorum inter initia contra illos magis suisse quibus vīctoria debebat.

Regule bellorum generales,

Caput. XXVIII.

N omnibus perlijs expeditionis conditio talis est ut quicquid tibi prodest aduersario noceat: quod illum adiuuat tibi semper

f

EL AVII VEGETII DE RE MILITARI
officiat. Nunq̄ igitur ad illius arbitriū aliqd facere aut dis-
simulare debemus sed id solū agere qđ nobis vtile iudica-
mus. Contra te em̄ esse incipis si imiteris qđ fecit ille pro-
fe: & rursus quicqd pro tua parte tēptaueris cōtra illum
erit si voluerit imitari. In bello qui plus in angarijs vigē
lauerit plusq; in exercendo milite laborauerit minus pici-
bim sustinebit, nunq̄ miles in aciem producendus est cuius
antea experimēta non ceperis. Aut iopia, aut supueniētibus
aut terrore melius est hostē domare q̄ prælio in quo solet
amplius fortuna potestatis habere q̄ virtus. Nulla con-
filia meliora sunt q̄ illa que ignorauerit aduersariū ante
q̄ facias. Occasio in prælio amplius solet innare q̄ vir-
tus. In sollicitandis suscipiēdisq; hostibus si cū fide ve-
niāt magna fiducia est quia aduersariū amplius frangūt
trāfuge q̄ perçpti. Melius est post aciē plura seruare p̄
fidia q̄ latius militē spargere. Difficile vincitur qui ve-
re potest de suis & de aduersarij copijs iudicare. Am-
plius innat virtus q̄ multitudo. Amplius prodest sape
locus q̄ virtus. Paucos viros fortes natura procreat:
bona institutione plures reddit industria. Exercitus
labore proficit: ocio consenescit. Nunq̄ ad certamen p̄
blicū produixerit militem nisi cū eū videris sperare victo-
riam. Subita conterrent hostes: v̄sitata vilescent.
Qui dispersis suis inconsulte insequitur: quam ipse accep-
erat aduersario vult dare victoriam. Qui frumentum
necessariaq; non preparat: vincitur sine ferro. Qui
multitudine & virtute præcedit quadrata dimicet fron-
te. qui primus est modus. Qui imparem se iudicat dex-
tero cornu suo sinistrum cornu pellat inimici qui est secun-
dus modus. Qui sinistram alam fortissimam habere
se nonerit, dexteram alam hostie inuadat: qui est tertius

modus. Qui habet exercitatiſſimos milites in utroque cornu pariter prelium debet incipere: qui est quartus modus. Qui leuem armaturam optimam regit utramq; alam hostis invadat: ferentarijs ante aciem constitutis: qui quintus est modus. Qui nec numero militum nec virtute confidit, si depugnaturus est de dextera sinistram alam hostium pulset: reliquis suis porrectis in similitudinem veru: qui sextus est modus. Qui pauciores infirmioresque habere se nouit septimo modo ex uno latere aut montem aut ciuitatem, aut mare, aut fluminum, aut aliq; uod debet habere subsidium. Qui confidit equitatur: altiora loca querat equitibus & rem magis per equites gerat. Qui confidit ne deſtribus copijs altiora loca pedestribus querat: & rem magis per pedites gerat. Cum explorator hostium latenter obserret in caſtris, omnes ad tentoria sua per diem redire iubantur & statim deprehenditur explorator. Cum conſilium tuum cognoueris aduersarijs proditum diſpositionem mutare te conuenit.

Quid fieri debeat tractato cum multis: quid vero facturus sis cum paucissimis ac fidelissimis vel potius ipſe tecum.

Milites pena & timor in sedibus corrigunt: in expeditione ſpes & præmia faciunt meliores.

Boni duces publico certamine nunq; niſi ex occaſioe aut nimia neceſſitate conſigunt.

Magna diſpositio eſt hostiſ fame magis urgere q; ferro. De eq̄tatu ſunt multa p̄cepta: ſed cū hec pars militie vſu exercitij, armorū genere, et equorū nobilitate p̄fecerit: ex libris i. libil arbitror colligēdū cū preſens doctrina ſufficiat.

Quo genere depugnaturus ſis neſciant hostes: ne aliquibus remedijſ obſiſtere moliantur.

Digesta ſunt ipator iuicte: q; nobilissimi authores diuer

FLAVII VEGETII DE RE MILITARI
sis probata temporibus per experimentorum fidem me=
morie tradiderunt: ut a sagittandi peritiam quam in sere=
nitate tua persa miratur. Ad equitandi scientiam vel de=
corem quem hūnorū aliorūq; ratio velit imitari si
possit. Ad currendi velocitatem quam sarracenus induſq;
non equat. Ad armature exercitationem cuius campi do=
ctores vel pro parte exempla intellexisse gaudent: nūc re=
gula preliandi immo vincendi artificium ingeratur: qua=
tinus virtute pariter ac dispositione mirabili reipu=tue et
imperatoris officium exhibeas & militis.

FINIS TERTII.

FLAVII VEGETII RENATI DE
RE MILITARI LIBRI QVARTI
PROLOGVS

Grestem incultamq; hominum in initio seculi
a vitam a communione mutorum animalium
vel ferarum vrbium constitutio prima discre-
uit. In hijs nomen reipu= peperit communis
vtilitas. Ideo potentissime nationes ac principes consecra-
ti nullam maiorem gloriam putauerunt q; aut fundare no-
nas ciuitates: vel ab alijs conditas in nomen suum sub qua-
dam amplificatione transferre. in quo opere clementia se-
renitatis tue obtinet palma. Ab alijs enim vel paucis vel sin-
gulis a pietate tua innumerabiles vrbes ita iungi labore per-
fecte sunt, vt non tam humana manu cōdite q; diuino nit-
tu videantur parare. Cunctos itaq; imperatores felicitate-
moderatione, castimonia exēplis indulgēti studiorū amo-
re precellis: regni animiq; tui bona cernimus. Hæc em̄ anti-
cipare & superior optauit etas: & extendi in perpetuum

ventura desiderat. Quibus rebus tantū vniuerso orbi p̄estitum gratulamur bonum quantū vel humana mens p̄tere vel gratia potui diuina conferre. Sed dispositionibus vestre clementie quātum profecerit murorū elaborata cōstructio roma documentū est: que salutē ciuium capitoline arcis defensione seruauit vt gloriosius postea totius orbis possideret imperium. Ad cōplementum ergo operis maie statis vestre preceptione suscepiti rationes quibus vel noſtre ciuitates defendende sunt vel hostium subruende ex diuerſis autoribus in ordinem digeram nec laboris pigebit cum omnibus profitura credantur.

Ciuitates aut opere aut natura aut vtroq; debere mūniri.

Cap. I.

RBES ATQVE CASTELLA

v

aut natura muniūtur, aut manu, aut vtroq; firmius ducitur. Natura, aut loco edito vel abrupto aut ciscūfuso mari siue paludibus vel fluminibus. Manu fossis ac muris. In illo naturali beneficio tutissimum eligētis consilium in plano queritur fundatis industria. Videmus antiquissimas ciuitates ita in campis patentibus constitutas: vt deficiente auxilio locorum, arte tamen & opere redderentur iniuste.

Non directos sed angulosos muros faciendoſ. Cap. II.

Mbitum muri directum veteres dicere nolue-

a

runt: ne ad ictus arietum effet dispositus: sed

ſinuosis anfractibus iactis fundamentis clauſere vrbes: crebrioresq; turres in ipſis angulis ediderunt. Propterea quia ſi quis ad mirum tali ord natione cōſtructum vel ſalas vel machinas voluerit admouere: non ſolū a fronte ſed etiam a lateribus & prope a tergo veluti in ſinum circunclusus opprimitur.

Quemadmodum muris ē terra iungatur aggestus ut

f iiij

FLAVII VEGETII DE RE MILITARI
nunq̄ possit elidi.

Cap. III.

Vrus aut̄ vt nūq̄ possit elidi hac ratiōe pficit. i
m teruallo vicenū pedum interposito, duo intrin
secus parietes fabricātur. Deinde terra quē de
fossis fuerit egesta inter illos mittit: vectibusq; densatur
ita ut a muro primus paries parū inferior, secundus longe
minor ducatur: vt de plano ciuitatis ad similitudinem gra
duum quasi cliuo molliusq; ad pugnacula possit ascēdi.
Quia nec murus vllis potest arietibus rūpi quē terra con
firmat: & quoniam casu destrictis lapidibus ea que inter
pietes dēsata fuerit ad murivicē īgrūctibus moles obſistit.
De cataractis, & portis, ne exurātur ab ignibus. Ca. IIII.

Auetur præterea ne porte subiectis ignibus exu
rātur. Propter quod sunt corijs & ferro tegē
de. Sed amplius prodest quod inuenit antiquas:
vt ante portā addatur propugnaculū. In cuius īgressu po
nitur cataracta que anulis ferreis ac funibus pendet: vt si
hostes intrauerint demissa eadē extinguitur inclusi. Ita ta
men supra portā murus est ordinādus vt accipiat forami
na per quē de superiore parte effusa aqua subiectum extin
guat incendium.

De fossis faciendis.

Cap. V.

f Osse autē ante vrbes altissime latissimeq; facie
de sunt ut nec possint coequari repleriq; ab obſi
dētibus. Et cū aquis ceperint inūdari: ab aduer
sario cuniculū cōtinuari minime patiant̄. Nā duplii mo
do opus sub terraneū peragi earum altitudine & inim
icatione prohibetur.

Ne sagittis hostiū hoīes ledant̄ in muro.

Cap. VI.

f Ormidat̄ ne multitudo sagittariorū de pugna
culis exterritis defensoribus appositisq; scalis oc
cupet murū. Aduersū qđ cīaphractas atq; senta

in ciuitatibus dñt h̄ere q̄ plurima. Deinde pugnacula duplia
saga ciliciaq; tēdant: ipetūq; excipiāt sagittarū. Nec em
facile trāseūt spicula qđ cedit ac fluctuat. Inuētū quoq; re
mediū ē: vt de ligno crates facerēt quas metellas vocauerūt
lāpidibusq; cōplerēt ea arte iter bina pugnacula cōstitu=
tas vt si per scalas ascēdissent hostes: et partē aliquā ipsius
contigissent: supra caput suum vergerent saxa.

Quibus modis puidēdū sit ne famē patiat̄ obseſſi. Ca. VII

Vlta defensionū oppugnationūq; sunt gene=
ra: que locis cōpetētibus inferemus. Nūc sciē=
dūt̄ est obsidendi duas esse species. Vnā cum
aduersariis opportunis locis presidijs ordinatis cōtinuis
insultibus impugnat obſessos. Alteram cū vel aqua prohi=
bet inclusos vel deditioñem sperat a fame: quando omnes
prohibuerint cōmeatus. Hoc enim cōſilio ipſe ociosus ac tu=
tus fatigat inimicū. Ad quos casus posſeffores quānis le=
ui ſufficieſe pulsati omnē alimonīā vīctus intra muros
debent ſtudioſiſſime collocare: vt iſpis exuberet ſubſtātia
aduersarios inopia cogat abſēdere. Non ſolum autē porci
num ſed & omnium animalium genus quod in cluſum
ſeruari potest deputari oportet ad lardum: vt adminicu=
lo carnis frumenta ſufficiāt. Aues autē cortales et ſine expē=
ſa in ciuitate nutriūtūr: & propter egrotantes ſunt necēſ
ſarie. Pabula & quis congerenda precipue: & que apporta=
ri nequiuierint exurenda. Vini, aceti, ceterarumq; frugum
vel pomorū congerende ſunt copie: nihilq; quod ſuis pro=
ficiat hoſtibus reliquendū eſt. Nam vt hortorum cura
in viridarijs domorum vel areis exerceatur: utilitatis autē
voluptatis ratio persuadet. Parum autem proficit pluri=
mum collegiſſe, niſi ab exordio dimenſiōe ſalubri per ido=
neos procuratores erogatio temperetur. Nunquā pericli=
tati ſunt fame qui frugalitatem inter copiā ſeruare cope=

FLAVII VEGETII DERE MILITARI
runt. Imbellis quoq; etas ac sexus propter necessitatem vi-
etus foris frequenter exclusa est: ne penuria oppimeret
armatos a quibus saepe moeria seruabuntur.

Que species preparande sint pro defensione muro-
rum.

Cap. VIII.

Xurimenta, bitumen, sulphur, picem liquidam
oleum quod incendiarium vocant ad exuren-
das hostium machinas conuenit preparari.
Ad arma facienda ferrum vtriusq; temperature & car-
bones seruantur in conditis ligna quoq; hostilibus sagit-
tisq; necessaria reponuntur. Saxa rotunda de fluijs qui p
rotunditate grauiora sunt & aptiora mittentibus diligē-
tissime colliguntur: ex quibus muri replentur & turrem.
Minima etiā fundas sive fustibalis vel manibus iacienda.
Maiora per onagros diriguntur. Maxima vero pondere
formaq; volibili in propugnaculis diriguntur: ut dimis-
sa per preceps non solū hostes obruant subeuntes, sed etiā
machinamenta confrigant. Rote quoq; de lignis viridibus
ingentissime fabricātur: vel intercisi ex validissimis arbo-
ribus chylindri quas Taleas vocant ut sint volubiles levi-
gantur: que per pronū labētia subito ipetu bellatores ster-
munt equosq; solent deterrere. Trabes quoq; & tabulata
vel diuerse magnitudinis clavos ferreos esse oportet in
prōptu. Nā talibus oppugnatium machinis per alias ma-
chinias consuevit obſistit. Precipue cū subitis operibus ad-
dēda sit muris vel propugnaculis altitudo: ne aduersariorū
mobiles turres superemineant & capiant ciuitatē.

Quid faciendū si neruorū defuerit copia. **Cap. IX.**

Eruorū quoq; copiā summo studio expedit col-
ligi: quia onagri vel balistae ceteraq; tormēta nū

Si funibus neruinis intēra nihil prosunt. Equorū tamē sete de cāudis ac iubis ad balistas viles afferuntur. Indubitatum vero est & crines feminarū in eiusmodi tormentis non minorē habere virtutē romane necessitatis experimēto. Nā in obsidione capitolij corruptis iugi ac longa fatigatione tormentis cū neruorū copia defecisset matrone abscissos crines viris suis obtulere pugnātibus: reparatisq; machinis aduersariorū impetum repulerunt. Maluerunt enim pudicissime fōmine deformato ad tempus capite libere viuere cum maritis q̄ hostibus integro decore seruire. Cornua quoq; vel cruda coria proficit colligi ad cataractas tegendas aliaq; machinamēta siue munimia.

Quid faciendū ne aque inopiā patiente obseSSI. Ca. X.

Agna vrbis vtilitas est cū perennes fontes minus includit. Qd si natura non prestat cuiuslibet altitudinis effodiendi sunt putei: aquarūq; haustus funibus extrahendi. Sed interdū sicciora sunt loca que montibus sunt saxisq; munita in quibus supposita castella extra murū inferiores repperiunt fontiū venas: ac de propignaculis vel turribus destinatis protegūt telis ut aquatoribus liber prestetur accessus. Qd si ultra iactum teli in cliuo tamen ciuitatis subiecta sit vena: castellū parvū quem Burgū vocant inter ciuitatem & fontē conuenit fabricari: ibiq; balistas sagittariosq; constitui ut aqua defendatur ab hostibus. Præterea in omnibus publicis edificijs multisq; priuatis cisterne sunt diligentissime substi tuende: ut receptacula aquis pluvialibus que de tectis effluent prestant. Difficile enim vincit sitis eos qui quāuis exigua aqua ad potum tantum in obsidione sunt vſi.

Si sal defuerit quid faciendum sit. Cap. XI.

I maritima sit ciuitas & sal defuerit: liquor ex mare sumptus per alueos aliaq; patula vase dif

Mulierū
romana
rū crie-

Burgus.

F I A V I I V E G E T I I D E R E M I L I T A R I
funditur qui a calore solis duratur in salē. Qā si hostis ab
vnda prohibeat nā hoc sepe accidit harenas quas excitato
vēto mare supfuderat aliquādo colligūt et dulci aq̄ eliūt.
que sole siccata nihilominus mutatur in salem.

Quid faciendum cum primo impetu venitur ad mu-
ros.

Cap. XII.

Iolēta autē impugnatio quādo castellis vel ci-
tatibus preparat: mutuo vtrinq; periculo sed
maiore oppugnatiū sanguine exercent luctu-
sa certamina: illi enim qui muros inuadere cupiūt, terri-
fico apparatu expositis copijs in spem deditioñis formidi-
nem geminant turbarū strepitū hominumq; permixto.
Tunc quia timor magis frāgit infuetos primo impetu stu-
pentibus oppidanis si discriminū experimēta non norunt:
admotis scalis inuadit ciuitas. Qā si a fidētibus siue mili-
taribus viris repellāt prima cōgressio: statim clausis cre-
scit audacia, et iā nō terrore sed viribus et arte cōfigitur.

Enumeratio machinarum quibus muri oppugnan-
tur.

Cap. XIII.

Emouentur etiā testudines, arietes, falces, vi-
ne: plutei musculi, turres: de quibus singulis
qualiter fabricentur quo etiam pacto prelien-
tur vel repellantur edisseram.

De ariete, falce testudine.

CA. XIII.

E materia ac tabulatis testudo contexit: que ne-
dū exurāt incēdio, corijs vel cilicijs cētonibusq; ve-
stīt. Hæc intrinsecus accipit trabē que adunco-
p̄figit ferro qā falx vocat ab eo q̄ icuruata est ut de mu-
ro extrahat lapides: aut certe ipsius caput vestīt ferro &
appellat aries. vel q̄ h̄z durissimā frōtē q̄ subruat muros
vel q̄ more arietū retrocedit ut cū impetu vehemētius fe-
riat. Testudo autē a similitudine vere testudinis vocabilis

LIBER QVARTVS 46

sumpsit quia sicut illa modo reducit modo profert caput:
ita machinamentū interdum reducit trabem: interdū exer-
cit ut fortius cedat.

De vineis, de pluteis, & aggere.

Cap. XV.

In eas dixerūt veteres quas nūc militari barba
v ricoq; vsu cautias vocant. E lignis leuioribus
machina colligitur lata pedibus. viij. alta pe-
dibus. viij. lōga pedibus. xvi. huīus tectū munitioē dupli-
tabulatis cratibusq; cōtexit. Latera quoq; vimine sepiun-
tur ne faxorū telorūq; īpetu penetrēt. Extrinsecus autē ne
impresso cōcremet īcēdio crudis ac recētibus corijs vel cen-
tonibus operit. Iste cū plures facte fuerint iūgūtūr in or-
dinē sub qbus obsidētes tuti ad subruēda penetrat muro-
rū fundamēta. Plutei dicunt qui ad similitudinē apsidis cō Plutei.
texūtūr ē vimine & cilicijs vel corijs ptegūtūr: ternisq;
rotulis quarū vna in medio due in capitibus apponūtūr.
In quācūq; partē volueris admouent more carpenti: quos
obsidentes applicat muris: eorūq; munitione protecti sa-
gittis siue fundis vel missilibus defensores omnes de pro-
pugnaculis ciuitatis exturbant: vt scalis ascendendi faci-
litor prestetur occasio. Agger autem ex terra lignisq; extol-
litur contra murum de quo tela iactantur.

De musculis.

Cap. XVI.

m vsculos dicunt minores machinas: quibus p Musculi.
tecti bellatores si lutum offuerit: aut ciuita-
tis fossatum apportatis lapidibus lignis ac
terra non solum complent sed etiam solidat
vt turres ambulatorie sine impedimento iungantur ad mu-
rum. Vocantur autem à marinis beluis musculi. Nā quem
admodum illi cum minores sint tamen balenis auxilium
adminiculumq; iugiter exhibent: ita iste machine breui-
res deputate turribus magnis aduentui illarū parat viā

FLAVII VEGETII DE RE MILITARY
itineraq; præmuniunt.

De turribus ambulatorijs.

Caput. XVII.

Vrres autem dicuntur machinamenta ad edifi-
ciorum specie ex trabibus tabulatisq; cōpacta
et ne tñ opus hostili cōcremetur incendio dili-
gentissime ex crudis corijs vel centonibus cōmunitur: qui
bus pro mō latitudinis additur altitudo. Nā interdū trice-
nos pedes p quadrū, interdū q̄dragenos vel qnquagenos
late sunt. Proceritas aut ipsarū tanta sit vt non solum mu-
ros sed etiā turres lapideas altitudine superent. His plures
rote mechanica arte subdūtūr: quarum lapsu volubili ma-
gnitudo tā alta moueatūr. Præsens autē periculum ciuitat-
is est si ad murum fuerit turris admota: plures enim acci-
pit scalas et diuerso genere conatur irrumpere. Nam in
inferioribus habet arietem cuius impetu destruit muros.
Cira vero medianam partē accipit pontē factum de duabus
trabibus septumq; de vimine: quem cito prolatū inter tur-
rim murumq; cōstituit: et p eum ingrediētes de machi-
na bellatores in ciuitatem trāseūt et occupāt muros. In su-
perioribus aut turris illius partibus contati et sagittarij
collocantur q defensores vrbis contis missilibus saxisq; ex
alto p sternant. Quo facto ciuitas capitur sine mora. Quid
enī auxiliū superest cum hi qui de murorū altitudine sperda-
bant repente supra se aspiciat altiorem hostium murum?

Quemadmodum ambulatoria turris possit incendi.

Caput.

XVIII.

Malleoli Falarica. b Vic tā manifesto discriminī occurritur mul-
tis modis. Primū si confidētia vel virtus est
militaris eruptione facta globus egredit ar-
matorū, et vi hostibus pulsis machinamētū illud ingens
direptis corijs ignis exurit. Q d si oppidanī exire non au-
deat maiores balistas, malleolos, vel falaricas cum incēdio

destinat ut per ruptis corijs vel cetonibus intrinsecus flama cōdat. Malleoli velut sagitte sunt et ubi adheserint q̄ ardētes sunt vniuersa conflagrāt. Falarica aut ad modum haste valido prefigitur ferro. inter tubum etiam ex ha stile sulphure, resina, bitumine, stuppisq; conuoluit infuso oleo qđ incēdiariū vocant. Quae baliste ī petu distinata prie pto munimie ardēs figit ligno: turritāq; machinā frequē ter icēdit. Depositi quoq; hoies funibus cū hostes dormiūt in latebris portant lucernas et incensis machinis rursus levantur in murum.

Quēadmodū altitudo muris addatur. Cap. XIX.

Reterea partē muri ad quā machina conat accedere cemēto atq; lapidibus vel luto sive laterēbus postremo tabulatis extruādo faciūt altiorene defensores meniū desup vrbī vētura possit opprimere. Cōstat aut inefficax machinamētū reddi si inueniat inferius. Verū obsidētes eiusmōi dolū adhibere cōsuenerūt: primo talē exstriūt turrē qđ pugnaculis ciuitatis videat in ferio, deinde secreto aliā de tabulatis intrinsecus faciūt turriculā, et cū muris fuerit machina sociata: subito funibus trocleisq; de medio turricula illa pducitur: de qua egrediētes armati quia altior inuenitūr statim capiunt ciuitatem.

Quo pacto fodiatur terra ut machina nocere non possit. Caput. XX.

Interdū lōgissimas ferratasq; trabes opponūt machine venīti: eāq; a muri vicinitate propellūt. Sed cū rhodiorū ciuitas oppugnaretur Rhodium astuta ab hostibus, ex turris ambulatoria sup mūrorū altitudi nē ac turriū oīm pararet: mechanici ingenio inuentum est tale remediū. Per noctē sub fundamento muri cuniculum fodit: ex illū locū ad quē die postero turris fuerat pmoda nullo hostiū sentiēt egesta terra cōauit intrinsecus

FLAVII VEGETII D E R E M I L I T A R I
et cū rotis suis moles ipsa fuisset: atq; ad locū q. subtilis
cauatus fuerat venisset: tāto pōdere solo cedēte subsedit: ut
nec iungi muris aut moueri vltius potuit. Ita ciuitas li-
berata est, derelictaq; machina.

De scalis, sambuca, exostra. et tollenone. Cā. XXI.

Dmotis turribus funditores lapidibus, sagit-
tae iaculis, manubalistarij vel arcubalistarij
sagittis, iaculatores plūbatis ac missilibus, e mu-
ris submouēt hoēs. Hoc facto scalis appositis occupat ciuita-
tē. Sed q. scalis nitunt̄ frequenter piculū sustinent: exēplo
Capane⁹. Capanei alio primū hec scalarū oppugnatio p̄hibet imē-
ta: q. tāta vi occisus est a Thebanis vt extinctus fulmine di-
ceret. Et ideo sambuca exostra et tollenone obsidētes in
sābuca. murū hostiū penetrat. Sābuca dicit̄ ad similitudinē cytha-
re: nā quēadmodū in cythara chordes sunt: ita i trabe q. iux-
ta turrim ponit̄ funes sūt q. pontē de supiore pte trocleis
laxat: vt descēdat ad murum. statimq; de turri exeūt bella
Exostra. tores et p̄ ea trāseuntes menia vrbis iniadūt. Exostra di-
Tollenon. cū pons quē, supius exposuimus q. de turri i murū repēte
p̄trudit: Tollenon dicit̄ quotiēs vna trabs i terrā prealata
desfigit. Cui in summo vertice alia trāsuersa trabs lōgior
dimensa medietate cōnectit̄, eo libramēto vt si vnū caput
depresseris aliud erigatur. Invno ergo capite cratibus sine
tabulatis contexitur machina, in qua pauci collocantur ar-
mati. Tunc per funes vno attracto depressoq; alio capite
eleuati imponuntur in murum.

De balistis, onagris, scorpiōibus, arcubalistis, fustibalis
fundis, p̄ quæ tormenta defendit murus. Cā. XXII.

Diversum hęc obcessos defendere cōsueuerūt ba-
listae, onagri, scorpiones, arcubaliste, fustibali,
sagittarij, funde, Balista: fūribus: neruis: chor-
disq; tūrdi: qua quāto plixiora brachiola habuerit: hoc

LIBER QVARTVS 48

est quanto maior fuerit tanto spicula longius mittit. Quæ
 & si iuxta artē mechanicam tempetur & ab exercitatis
 hoībus qui mensurā eius ante collegerint dirigat: pene-
 trat quodcūq; percusserit. Onager aut̄ dirigit lapides sed Onager:
 preneruorū crassitudine & magnitudine saxorum pon-
 dera iaculatur. Nā quanto amplior fuerit tāto maiora sa-
 xa fulminis more cōtorquet. His duobus gñibus nulla tor-
 mentorum species vehementior inuenitur. Scorpiones dice Scorpio=
 bant q̄ s nūc manubalistas vocāt: ideo sic nūcupati q̄ puis nes.
 Subilibusq; spiculis inferat mortē. Fustibalos, arcubalistas Fustibali
 et fūdas describere superfiū puto que p̄sens v̄sus agnoscit
 Saxis ēn grauioribus p̄ onagrum destinatis nō solum eq;
 elidunt & hoīes: sed etiā hostiū machinamēta frāgūtur.
 Aduersum arietes p̄sunt culcitre: laquei: lupi: & co-
 lumne grauiores.

Cap. XXIII.

Duersum arietes etiam vel falces sunt plura re-
 media. Aliquanti centones & culcitras funi-
 bus calant & illis opponunt locis qua cedit
 aries: vt impetus machine materia molliore fractus non
 destruat murū. Alij laqueis captos arietes per multitudinē
 hoīm de muro in obliquum trahunt, & cum ipsis testu-
 dinibus euertunt. Plures in modum forficis dentatum fit
 nibus alligant ferrum quod lupum vocāt. apprehēsumq;
 arietem aut euertunt aut ita suspēdūt ut ipetū nō habeat se-
 riendi iterū bases colūne marmoree vibrato impetu iaciū-
 tar ē muris: arietesq; confringunt. Quod si tantavis fuerit
 vt murus arietibus perforet: & qđ s̄epe accidit decidat
 salutis vna spes superest vt destrūctis domib; aliis intr̄
 secus murus addatur hostesq; intra b; nos parietes si pen-
 trare temptauerint perimantur.

De cuniculis per quos murus defoditūr.

Capit.

XXIII.

FLAVI VEGETII DE RE MILITARI

Cunicul=
lus.

Liud genus oppugnationum est subterraneū
atq; secretum quod cuniculū vocant: a lepori-
bus q; casulas sub terras fodiūt, ibi q; condunt.

Adhibita ergo multitudine ad specieē metallorū in quibus
auri argentiq; venas bessorum rimatur industria magno
labore terra defodit: cauatoq; specu in exitium ciuitatis in
ferna querit via. Quæ fraus duplicitibus operat insidijs:
aut em penetrat vrbē et noctu nō sentienbus oppidanis
egrediūtur p; cuniculū: referatisq; portis suorū agmē idu-
cunt: hostesq; in ipsis domibus perimunt ignorātes: aut cer-
te cū ad murorum fundamēta peruenient: suffodiunt eo-
rū maximā partē appositis siccioribus lignis ruināq; mu-
ri tumultuario opere suspendūt. Sarmēta insup iūgūt alia
q; fomenta flammariū. Tunc præparatis bellatoribus sub-
ter ignis immititur: cōbustisq; colūnis ligneis atq; tabulatis
muro subita corruente irruptioni aditos reserat.

Quid facere debeant oppidanī si hostes irruperint ci-
uitatem.

Caput. XV.

Nnumerabilibus declaratur exemplis sepe ce-
i sos ad internitionem hostes qui puaserant ciui-
tatē. Quod sine dubio evenit si oppidanī muros
ac turres retinuerint: vel altiora loca occupauerit. Tūc em
c'e fenestris ac testis oīs etas ac sexus irrūpentes obruunt
saxis alijsq; generibus telorū. Qd ne sustineant obsidētes:
portas ciuitatis aperire consueuerunt: vt resistere desinant
fugiendi potestate concessa. Necesitas enim quedā virtutis
est desperatio in hoc casu. Vnum oppidanis auxiliū est
siue per diem siue per noctem hostis intrauerit: vt muros
tressesq; teneant ac loca superiora condescendant: hostesq; p;
vicos et plateas vndiq; obruant dimicantes.

QHE

LIBER QVARTVS 49

Que sit adhibēda cautela ne hostes furtim occupēt mis-
rum. Caput.

XXVI.

f Requenter dolum excogitant obsidentes: ac
simulata desperatione lōgius abeunt. Sed vbi
post metum murorū vigilijs derelectis rege-
nerit iactuta securitas: tenebrarum a noctis occasiōe captata
cum scalis clanculum veniūt, murosq; consēdunt. Propter
quod maior est adhibenda custodia: cum hostis abscesserit
in ipsis muris ac turribus tuguriola locāda. In quibus
vigiles hybernis mensibus ab hymbris vel frigore esti-
nis defendātur a sole. Illud quoq; vsus inuenit: ut acerri-
mos ac sagacissimos canes in turribus nutriāt q; aduētū ho-
stium odore p̄sentiat: latratiq; testen̄t. Anseres quoq; nō mi-
nore sollertia nocturnos supuentus clamoribus indicant.
Nam ingressi capitolinam arcem galli romanum nomen
eruerant nisi clamore anserum excitatus malius restitit-
set. Mira diligentia siue fortuna viros qui vniuersum or-
bem erant missuri sub iugum auis vna seruauit.

Quomodo oppidanis inferātur insidie. Cap. XXVII.

n On solum in obsidionibus sed i vniuerso ge-
nere bellorum super omnia dicitur hostium
consuetudinem explorare diligēter ac nosce-
re. Opportunitas em̄ insidiarū aliter non potest inueniri nisi
scias quibus horis aduersariis a laboris intentione disce-
dat: quibus reddatur instantior, interdum medio die: inter-
dum ad vesperum, s̄epe nocte: aliquando eo tempore quo
sumitur cibus cum utriusq; partis milites ad requiē aut
curanda corpora dispergunt. Qd̄ in ciuitate cum ceperit
fieri obsidentes astu se de prælio subtrahunt vt aduersa-
riorū negligēti licentiā tribuant. Que ipsa impunitate cū
creuerit: repēte admotis machinis vel appositis scalis occu-

g

FLAVI LVEGETI DE RE MILITARI
pāt ciuitatē & ideo ī muris saxa ceteraq; tormenta po-
nuntur in prōptu ut cognitis insidijs occurrentes ad manus
habeat qđ supra capita hostiū evoluat atq; iaculentur.

Quid faciant obsidentes ne ab oppidanis patientur
insidias. Caput. XXVIII.

Vm negligentia interuenerit paribus insidijs
c subiacet obsidētes. Nā siue cibo siue sōno fuerit
occupati: siue ocio aut aliqua necessitate disper-
si, tūc oppidani repente prorumpunt: ignorātes perimūt:
arietes, machinas ipsoſq; aggeres ignibus concremat. oīa-
q; ī pñiciē suam fabritata opera subuertūt ppter hoc obsi-
dētes vltra iactum teli fossam faciunt: eamq; non solum
vallis & sudibus: sed etiam turriculis instruunt: vt erum
Loricula pentibus ex ciuitate possint obſistere. qđ opus loriculā vo-
cant: & ſæpe cum obſidio describitur iuuenit in hystorijs
loricula vrbem esse circundatam.

Quo genere tormentorum defendantur ciuitates.

Caput. XXIX.
Ed ex alto destinata missilia ſiue plumbate vel
f lancee veruta vel ſpicula in ſubiectos vehemē-
tiuſ adūt. ſagitte quoq; arcibus misse & ſaxa
manibus fundis ſiue fuſtibalis directa quāto de excelsiori
loco exēuent tāto longius penetrant. Baliste vero & Ona-
gri ſi a peritis diligentissime temperetur vniuersa p̄cidūt.
A quibus nec virtus vlla nec munimina poſſunt defende-
re bellatores. Nam more fulminis quicquid percusſerint
aut diſſoluere, aut irrumperē consueuerunt.

Quemadmodum mensura colligatur ad ſcalas vel ma-
chinas faciendas. Caput. XXX.

Dapiendos muros ſcēle vel machine plurimū
alent: ſi ea magnitudine cōpacte fuerint vali-
titudinē exuperet ciuitatis. Mensura autē collig-

gitur dupli modo: aut em̄ linū tenue & expeditū uno m̄
pice nec titur in sagitta que cū ad muri fastigia directa p=
nenerit: ex mēsura lini murorum altitudo deprehenditur.
Aut certe cū sol obliquus umbrā turriū murorūq; iaculaē
in terrā: tunc ignoratibus aduersariis umbre illius spaciū
mensurat. Itēq; decēpeda figit & umbra illius similiter
mēsurat. Quo collectō nūero nemo dubitat ex umbra decē
pede inueniri altitudinē ciuitatis cū sciat quanta altitudo
qđū umbre mittat ī lōgū. Quæ ad oppugnādas vel defendē
das vrbes auctores bellicarū artiū pdiderūt: vel q̄ recētior
necessitatū v̄sus inuenit pro publica vt arbitror vtilitate
digessi: ill d iterū iterūq; cōmonēs vt solertissime caueatur
ne quādo aut potus inopia emergat: aut cibi: quibus malis
nulla arte succurrīt. Ideoq; intra muros tanto plura con-
denda sunt quanto scitur clausure tempus in obsidentium
potestate consistere.

Præcepta belli navalis.

Caput. XXXI.

Recepto maiestatis tue imperator invictē
p terrestris præli rationibus absolutis naua-
lis belli residua vt opinor est portio. De cu-
iis artibus ideo pauciora dicenda sunt quia iam dudum
pacato mari cum barbaris natiōibus agitur terrestre cer-
tamē. Romanus autem populus pro decore & vtilitate
magnitudinis sue non ppter necessitatem tumultus alicui
ius classē parabat ex tempore: sed ne qđū necessitatē su-
stineret semper habuit preparatā. Nemo em̄ bello lacesse
re aut facere audet iniuriam ei regno vel populo quē expe-
ditū & promptū ad resistendum vindicandūq; cognoscit
Apud misenū ergo & rānēnā singule legiones romani no-

FLAVII VEGETII DE RE MILITARI
minis cum classibus stabat: ne longius a tutelavrbis abscederent, & cum ratio postulasset sine mora sine circuitu ad omnes mundi partes nauigio peruenirent. Nam misenatum classis, galliam, hyspanias, mauritaniam, aphyricam, egyptum, sardiniam, atq; siciliam in proximo habebat. Clas-
sis autem rauenatium, epiron, macedoniā, achaia, propon
tidem, pontum, orientem, cretā, cyprum petere directa na
uigatione consueverat quia in rebus bellicis celeritas am
plius solet prodeesse q̄ virtus.

Nomina iudicium qui preerant classi. Cap. XXXII.

I liburnis autem que in campānia stabant pre
fectus classis misenatium preerat. Eas vero q̄
in ionio mari locate fuerant prefectus classis
rauennatiū retinebat. Sub quibus erant deni tribuni per
cohortes singulas constituti. Singule autem liburne singu
los nauarchos id est quasi nauicularios habebat: qui exce
ptis ceteris nautarū officijs gubernatoribus atq; remigis
bus & militibus exercendis quotidiana curam & it
gem exhibebant industria.

Vnde appellatur liburne.

Cap. XXXIII.

In iure autem provincie quibusdā tamen tempore
ribus mari plurimum potuerunt: & ideo di
uersa genera nauium fuerūt. Sed augusto dimi
cante attiaco prelio cum liburnorum auxilijs precipue vi
etus fuisset antonius experimento tanti certaminis patuit
liburnorum naues ceteris aptiores. Ergo similitudine &
nomine usurpatō ad earūdem instar classē romani prin
cipes texuerunt Liburnia namq; dalmatia pars est iaderti
ne subiacens ciuitati cuius exemplo nunc naues bellice fa
bricantur & appellantur liburne.

Qua diligentia fabricantur liburne.

Cap. XXXIV.

LIBER QVARTVS 51

Ed cum in domibus struendis harenē vel la-
pidum qualitas requiratur: tanto magis in fa-
bri andis nauibus diligēter cuncta querenda
sunt: quāto maius periculū est nauem vitiosam esse quam
domum. Ex cypresso ergo & pinu domestica sive silvestri
larice & abiete precipue liburna contexitur: utilius ereis
clavis q̄ ferreis configenda. Que licet esse granior aliquā
to videatur expensa tamen quia āplius durat lucrū proba-
tur afferre. Nam ferreos clavos tempore & humore cele-
riter rubigo consumit: erei autem etiam in fluctibus pro-
priam substantiam seruant.

Qua obseruatiōe sit cedēda materies. Cap. XXXV-

Bseruandum precipue ut a quintadecima, lit
na vſq; ad vigesimam tertiam arbores p̄scin-
dantur ex quibus liburne contexēde sunt. His
enim tantum octo diebus cesa materies immunitis seruatur
arie. Reliquis autem diebus precisa etiam eodem anno
interna vermium labe exesa in puluerem vertitur. Quod
ars et ipsa et omnīū architectorū quotidianus vſus edocuit
& contemplatione ipsius religionis agnoscimus quā pro
eternitate ab his tantum diebus placuit celebrari.

Quo mense sint cedende trabes. Cap. XXXVI.

Eduntur autem trabes vtiliter post solstitium
aestuum id est per menses Iulium & Augu-
stum: & per autūnale equinoctium id est vſ
q; ad Kalendas Ianuarias. His nanq; mensibus arescente
humore sicciora & ideo fortiora sunt ligna. Illud etiam
cuendum ne continuo ut deiecte fuerint trabes secentur:
vel statim ut secte fuerint mittantur in nauem. Si quidem
& adhuc solide arbores etiam diuise per tabulas duplices
ad maiorem siccitatem mereantur inducias. Nam virides
compinguntur: cum natuum humorē exsudauerint con-

FLAVII VEGETII DE REMILITARI
trahuntur: & rimas faciunt latiores: quo nihil est per-
culosius nauigantibus.

De modo liburnarum.

Cap. XXXVII.

Vod ad magnitudinē pertinet minime libur
ne remorum habent singulos ordines: paulo
maiores binos idonee mēsure ternos v el qua
ternos interdum quinos sortiuntur remigū gradus. Nec
hoc cuiq; enorme videatur cum in actiaco prelio longe ma
iora referantur concurrisse nauigia: vt seruorū etiam vel
ultra ordinum fuerint. Scaphe tamen maioribus liburnis
exploratorie sociantur que vicenos prope remiges in sin
gulis partibus habebant quas britāni pyctas vocant. Per
has & superuentus fieri: & cōmeatus aduersariorū na
uum aliquando intercipi assolet: & speculandi studio ad
uentus earum vel consiliū deprehendi. Ne tamen explora
torie naues candore prōdeātur: colore veneto qui marinis
est fluctibus similis vela tinguntur & funes: cera etiam
qua vngere solent naues inficitur. Naute quoq; vel mili
tes venetam vestem induunt ut non solum per noctem sed
etiam per diem facilius lateant explorantes.

**Colorma
rinus.**

Nomina ventorum & numerus. Cap. XXXVIII.

Vicūq; exercitū armatis classibus vehit turbī
num signa debet ante prenoscere. Procellis nā
q; & fluctibus liburne grauius q; vi hostiū
nauigia que pro custodia portus agebantur ad persequē-
dam euolassent. Chares indefensum portum cum reliqua
classe inuestus etiam ciuitatem occupauit. Barca dux peno-
rum in Sicilia lilibacum nostris terra mariq; obſidēibus
partem classis sue procul armatam iussit ostendi ad eius
conspicuum cum euolassent nostri ipse reliquis quas in oe-
culco tenuerat nauibus lilibaci portum occupauit.

LIBER TERTIVS

De simulatione regressus.

91

Cap. XI.

Hormio dux atheniensium cum depopulatus
 p esset agros Chalcidensium legatis eorum de
 ea requirentibus benigne respondit: et no-
 ste qua dimissurus illos erat finxit literas se-
 bi superuenisse ciuium suorum propter quas redeundum
 haberet ac paulum regressus dimisit legatos his omnia tu-
 ta et abisse phormionem renunciantibus. Chalcidenses spe-
 et oblate humanitatis et abducti exercitus remissa vr-
 bis custodia cum confestim phormion reuertisset prohibe-
 re inexpectata vim non potuerunt. Agesilaus dux lacede-
 moniorum cum phocenses ob sideret et intellexisset eos
 qui tunc presidio illis erant iam grauari belli incommo-
 do paululum regressus tanq; ad alios actus liberam occasio-
 nem recedendi his dedit: non multo post milite reducto de-
 stitutos phocenses superauit. Alcibiades aduersus Yzanti-
 cos qui se moenibus continebant insidias depositit: et si-
 mulato regressu incertos eos oppressit. Viriatus cu tridu-
 iter discendens confecisset idem illud uno die remensus se-
 curos segobrigenses et sacrificio tum maxime occupatos
 oppressit. Epaminondas mantinia cum lacedemonios in-
 subsidium hosti venisse animaduerteret: ratus posse lace-
 demonem occupari si clam illo profectus esse nocte crebros
 ignes fieri iussit: ut specie remanendi occultaret profe-
 ctionem. Sed a trans fuga proditus assecto exercitu lace-
 demoniorum itinere quidem quo portam petebat destitit.
 Idem tamen consilium conuertit ad mantinienses: eque en-
 ignibus factis lacedemonios quasi maneret frustratus per
 xl. milia passuum mantiniam reuertitur: eamq; auxilio de-
 stitutam occupauit.

Ex contrario circa tutelam obfessorum, de exercitada
cura suorum.

Cap. XII.

m iii

LVLII FRONTINI STRATAGEMA

Leibiades Athenis ciuitate sua à lacedemoijs
a obsessa veritus negligentiam vigilum denun-
cianit his qui in stationibus erant ut obserua-
rent lumen quod nocte ostensurus esset ex arce & ad con-
spectum eius ipsi quoq; lumina attollerent. In quo mune-
re qui cessasset penam passurū dum sollicite expectatur si-
gnum ducis per uigilatum ab omnibus & suspecte noctis
periculū evitatu est. Iphycrates dux atheniēsum cum pre-
fido Corinthum teneret & sub aduentū hostiū ipse vigi-
lias cicūiret vigilem quem dormientem viderat transfi-
xit cuspide: quod factum quibusdam tanq; seuum increpā-
tibus qualem inueni inquit talem dimisi. Epaminondas
thebanus idem fecisse dicitur.

De emitendo & recipiendo nuncio. Cap. XIII.

Omnes obseSSI in capitolio ad camillū ab exi-
r r lio implorandum miserunt pontium cominū
qui ut stationes Gallorū falleret per saxa tar-
peia dimissus transnato tyberi veios peruenit, & perpe-
trata legatione similiter ad suos rediit. Cāpani diligenter
romanis a quibus obseSSI erant custodias agentibus quen-
dam pro transfuga subornatū miserunt qui occultatā bal-
teo epistolam inuenta effugiendi cause occasione ad penos
pertulit: venatione quoq; & pecoribus quidā insuerunt
litteras membranis mandatas. Aliqui & iumentum in
aduersam partem insulerunt dum stationes transeunt
nonnulli interiore vaginarum inscripserunt. L. Lucullus
'crycenos obseSSos a Mythridate vt certiores aduentus sui
faceret cū presidijs hostiū teneretur introitus vrbis q;vnus
& angustus ponte modico insulam continentē iungit mi-
litē suis sciolum nandi & nautice artis peritum ius-
sit insidentem duobus inflatis vtribus litteras insutas ha-
bentibus. Quos ab inferiore parte duabus regulis inter se

distantibus commiserat ire septem milium passuum traies-
tum. Quod ita perite gregalis fecit ut cruribus velut gi-
bernaculis dimissis cursum dirigeret et procul visentes
qui in statione erant marina specie belue decipet. Hircius
consul ad decimum brutum qui mutine ab Anthonio obside-
batur litteras subinde misit plumbo scriptas quibus ad bra-
chium religatis milites scutellam amnem transnabat. Idem
columbis quas inclusas ante tenebris et fame affecerat
epistolas saeta ad collum religabat, easque a propinquuo inquad-
rum poterat moenibus loco emittebat: ille lucis cibaque autem
de altissima edificiorum petentes excipiebatur a bruto que eo
modo de omnibus rebus certior fiebat: utique postquam disposito
quibusdam locis cibo colubras illuc denolare instituerat.

De introducendis auxiliis et commeatibus sugge-
rendis.

Cap. XIII.

b Ello ciuili cum ategua urbs in Hispania populi=narum partium ob sideretur. Maurus iterrex tamquam

Cesarianus tribuni cornicularius vigiles quos
dam excitauit eis quibus aliquos euitans constantia falla-
cie sue per medias Cesaris copias presidium Pompei tra-
duxit Hannibale obidente Catilinum romani farinam do-
lijs secunda aqua vulturni fluminis demittebant ut ab ob-
sessis exciperetur, quibus cum obiecta per medium amne
cathena Hannibal obstitisset nuces sparsere, que cum aqua
ferente ad oppidum defluerent: eo commeatu sociorum ne-
cessitatem sustentauerunt. Hircius mutinensis ob sessis
ab Anthonio salem quo maxime indigebant cuppis con-
ditum per amnem saniturn intromisit: idem pecora se-
cunda aqua dimisit, que expecta sustentauerunt necessa-
riorum inopiam.

Quemadmodum efficiatur ut abundare videantur quae
deerunt.

Cap. XV.

m iiii

XVII FRONTINI STRATAGEMA.

Omani cū a gallis capitolii obsideret i extre-
ma iā fame panē in hostē iastauerunt cōsecu-
tiq; vt abundare cōmeatibus viderentur obsi-
dionē donec Camillus subueniret tollerauerunt. Athenien-
ses aduersus Lacedemonios idem fecisse dicuntur hi qui
ab Hannibale Cassilini obsidebant ad extremā famē perue-
nisse crediti cū etiā herbas alimentis eorū Hannibal sāpe
arato loco qui erat inter castra ipsius & mœnia preri-
pet semina in p̄paratum locum iecerunt; cōsecuti vt habe-
re viderent quo victū sustētarent usq; ad satorū puentū.
Reliqui ex variiana clade cum obsiderent quia defici fru-
mento videbātur: horrea tota nocte circunduxerunt: capti-
uos deinde precisis manibus dimiserunt: hi circūsidētibus
suis persuaserunt ne spem mature expugnationis repone-
rent in fame Romanorum quibus alimentorum ingens co-
pia superesset. Traces in arduo mōte obseSSI in quem hosti-
bus accessus non erat: collato viritim exiguo tritico aut
seo pauerunt pecora, & in hostiū p̄sidia dimiserunt: qui
bus exceptis occisiq; cum frumenti vestigia in visceribus
earum apparuissent opinatus hostis magnā vim tritici su-
peresse eis qui inde etiā pecora pascerent recessit ab obsi-
dione. Thrasibius dux milesiorū cum lōga obsidione mili-
tes sui angerentur ab haliate qui sperabat eos ad deditio-
nem fame posse compelli sub aduentū legatorum alliatis
frumentū omne in forum compellere iussit: & coniuiciis
sub id tempus institutis per totam urbem epulas prestitit
atq; ita persuasit hosti superesse ipsis copias q̄bus dūtur-
nam sustinerent obsidionem.

Qua ratione proditoribus & transfugis occur-
ratur.

Cap.XVI.

L·Marcellus cognito cōsilio Bathemolani q̄ cor-
c. rūpere ad defectionē populares studebat: et han-

nibali gratificabat q̄ illius beneficio curatus inter cānentes
santius. Ex captivitate remissus ad suos erat: quia
interficere eū ne supplicio eius reliquos cōcitaret Nolanoſ
nō audēbat acerſitū ad ſe allocutuſeſt, dicens fortiffimum
eum militē eſſe qđ anteā ignorasset: hortatusq; eſt vt ſecū
morareſt: Ex Juper verborū honorē equo quoq; donauit.
Qua benignitate nō illius tñ fidem, ſed etiā popularium
qui ex illo pendebat ſibi obligauit. Amilchar dux poenorū
cum frequenter auxiliares Galli ad Romanos transirent
etiā ex conſuetudine vt ſocij exciperetur ſibi fideliffimos
ſubornauit ad ſimulandā trāſitionē qui Romanos exipiē
endorum cauſa eorum progressos ceciderunt. Que ſoller-
tia Hamiltari non tantum ad pſentem pſuit ſuccēſſum ſed
in posterū pſtitit vt romanis veri quoq; trāſfuge forēt ſu-
pēcti. Hāno Carthaginensiū Imperator in Sicilia cum co-
periſſet Gallorum mercenariorū circiter quattuor mi-
lia conſpiraſſe ad tranſſugiendum ad romanos q̄ aliquot
mēſium mercedes non receperant animaduertere autē in
eos nō auderet meruſediſtiois: pmiſit plationis iniuriā
liberalitate penſaturū: quo nomine gratias agentibus gal-
lis per tempus idoneum datis pollicitis fideliffimū diſpē-
ſatorē ad otaciliū cōſulem mifit: qui tanq; rationib⁹ in-
teruersis tranſſugisſe nunciauit nocte proxima gallorum
quattuor milia que predatū forēt missa poſſe excipi. Ota-
cilius nec ſtatim credidit tranſſuge: nec tamē rem ſpernā-
dā ratus diſpoſuit in insidijs leſtiffimam manū ſuorum
ab ea galli excepti dupliciter Hannoniſ confilio ſatis fece-
runt: Ex romanos ceciderunt: Ex ipſi omnes (interfecl i-
ſunt. Hannibal ſimiſi confilio ſe à tranſſugis vltus eſt. Nā
cum aliquos ex militibus ſuis ſciret tranſſugisſe proxima no-
cte: nec ignoraret exploratores hostiū in caſtris ſuis eſſe:
palam pronunciauit non debere tranſſugas vocari ſoler-

IVLII FRONTINI STRATAGEMA
tissimos milites qui ipsius iussu exierunt ad excipiēda ho-
stii consilia: auditis que pronunciauit rettulerunt explora-
tores ad suos. Tum compressi a romanis trāfuge: et am-
putatis manibus remissi sunt. Diodorus cum presidio Am-
phipolim tueretur et duo milia thracum suspecta habe-
ret que videbantur urbem direptura: mentitus est paucis
hostium naues proximo littori applicuisse easq; diripi pos-
se. Qua spē stimulatos thracas emisit: ac deinde clavis por-
tis non recepit.

De eruptionibus.

Cap. XVII.

Omani qui in presidio panormitanorū erat
veniente ad obsidionem Hasdrubale raro sex
industria in muris posuerūt defensores. Quo
rum paucitate contempta cum incautus muris succederet
Hasdrubal eruptione facta ceciderunt eum. Aemilius pa-
lus vniuersis liguribus improuiso adhortis castra eius si-
mulato timore militem diu continuit deinde fatigato iam
hostē a quattuor portis eruptione facta stravit cœpitq; li-
gures. Velus perfectus romanorum arcem tarentinorum
tenens misit ad Hasdrubalem legatos ut abire sibi inco-
lumi liceret: ea simulatione ad securitatem perductum ho-
stē eruptione facta cecidit. Gneus Pompeius circumcessos
ad dirrachium non tantum obsidione liberauit suos: verū
etiam post eruptionē quā opportuno et loco fecerat. Cæsarē
ad Castellū qđ duplici munitiōe instructū erat aude irru-
pentē exterior ipse circūfusus corona obligauit vt ille iter
eos quos obsidebat et eos q̄ extra circūnenerāt mediū nō
leue periculū et detrimentum senserit. Flavius fimbria
in Asia apud hildinacū aduersum filiū Mythridatis bra-
chiūs a latere ductis: deinde fossa in fronte percussa quie-
tum in vallo militem tenuit donec hostilis equitatus itra-
ret angustias munimentorum tunc eruptione facta sex mi-

lia eorum cecidit. Cæsar in gallia deletis ab Ambuo rege
 titurijs sabinij & cocte legatorum copijs cum a quinto Ci-
 cerone qui & ipse oppugnabatur certior factus cum dua
 bus legionibus aduentaret cōuersis hostibus metum simu-
 lauit: militesq; in castris que ampliora solito industria fe-
 cerat tenuit. Galli presumpta iam victoria velut ad pre-
 dam castrorum tendentes fossas implere & vallum de-
 trahere cœperunt: qua re prelio aptatos Cæsar emisso re-
 pente vndiq; milite trucidauit. Titurius sabinus aduer-
 sus gallorum amplum exercitum continendo militem in-
 tra munimenta prestit eis suspicionem metuentis: cuius
 augende causa perfugam misit qui affirmaret exercitum
 romanum in desperatione esse: ac de fuga cogitare. Barba-
 ri oblata victorie spe concitati lignis sarmentisq; se onera-
 uerunt quibus fossas completerent. ingētiq; cursu astra no-
 stra in colle posita petiuerunt: vnde in eos titurius vniuer-
 sas immisit copias: multisq; gallorum cefis plurimos in de-
 ditionem accipit. Asculani oppugnatuli oppidum Pōpeij
 cum paucos senes egros in muris ostendissent ob id secu-
 ros romanos eruptione facta fugauerunt. Numantini ob-
 sessi ne pro vallo quidem instruxerunt aciem: adeoq; se cō-
 tinuerunt ut popilio leuati fiducia fieret scalis oppidū ag-
 grediendi. Quo deinde suspicante insidias quia nec tunc
 quidem obsistebatur ac suos reuocante eruptione facta ad
 Hersos & descendentes aborti sunt,

De constantia obſefforum.

Ca. XVIII.

Omani affidēte mœnibus Hānibale ostētāde fidu-
 rie gratia ſupplemētū exercitibus, quo i hyſpania
 habebat diuera porta miferūt. Idē agrū in quo ca-
 ſtra Hannibal habebat defuncto forte domino venalem
 ad id precium licendo perduxerunt, quo is ager ante

IVLII FRONTINI STRATAGEMĀ
bellū venierat. Hi dū ab Hannibale obſiderentur & ipſi
obſiderent capuam decreuerunt ne niſi capta ea reuocare-
tur inde exercitus.

EXPLICIT LIBFR TERTIVS.

**SEXTI IVLII FRONTINI TRATA
GEMATVM LIBER QVARTVS INCI
PIT. PREFATIO.**

Vlta lectione cōquisitis Stratagematibus & nō
m. exiguo scrupulo digestis vt pmissum trium li-
brorū iplerem: si modo iplexi hoc exhibeo ea q̄
parū apte descriptioni priorū ad speciē alligata subiici vi-
debātur hæc erāt exc̄pla potius strategicon q̄ Stratagema
Quæ iccirco separauit q̄a q̄uis clara diuerte tñ erāt substā-
tie ne si q̄ forte in aliq̄ ex his icidissent similitudine idocti
prætermissa opinarent & sana velut residua expediēdi
fuit: in qua sicuti et ipse ordinem p sp̄s seruare conabor.

De disciplina.

Caput primum.

SCIPIO AD NUMANTIAM COR
ruptum superiorum ducū socordia exercitum
p. correxit dimisso ingēti lixarum numero re-
dactis ad minus quotidiana exercitatione mi-
litibus: quibus cum frequens iniungeret iter
portare complurium dierum cibaria imperauit, ita vt fri-
gora & hymbres pati vada fluminum pedibus traicere
assuesceret miles: exprobrante subinde imperatore timi-
ditatem & ignauiam frangente delicioris vſus ac parū
necessaria expeditioi vasa q̄ maxime nobiliter accidit. Ca-
io nemmio tribuno cui dixisse traditur Scipio mihi pauli
ſper tibi & reipu. ſemper neceſſariuſ nequaq̄ eris. Quin-

tus Metellus bello ingurtino similiter lapsam militū discēplinam pari severitate restituit: cum insuper prohibuisset alia carne q̄ assa elisa ve milites vti. Pyrrhus delectorū suo fertur dixisse tu grandes elige ego eos fortis reddam. Lucio flacco e. C. Varrone cōsulibus milites primo iure iurando facti sunt: antea enim sacramēto tantum modo a tribunis rogabātur. Cæterū ipsi inter se coniurabant se fit ge atq; formidinis cā nō abituros: neq; ex ordine recessiros, nisi teli petendi feriendive hostis aut ciuis seruādi caūsa. Scipio Africānus cum ornatū scutum elegantius cū iusdam vidisset, dixit non se mirari q̄ tanta cura ornasset in quo plus presidiū q̄ in gladio haberet. Philippus cū pri-
mum exercitūm constitueret vehiculorum vsum omnibus interdixit: equitibus non amplius q̄ singulos calones habe re permisit. Peditibus autem denis singulos qui molas e. funes ferrent in extiua exeuntibus. xxx. dierum farinam collo portari imperauit. Caius Marius recidendorum im-
pedimentorum gratia quibus maxime exercitus agmen oneratur vasa e. cibaria militum in fasciculos appta-
tas furcis imposuit: sub quibus e. habile onus e. facilis requies esset: vnde e. in prouerbii tractum est muli ma-
riani. Theagenes atheniensis cum exercitūm megaram du-
ceret potentibus ordines respondit ibi se daturum: deinde clam equites premisit, eosq; hostium specie impetum in so-
cios retorquere iussit. Quo facto quos cū habebat tanq; ad hostium occursum p̄pararent: permisit ita ordinari aciem ut quo quis voluisse loco cōsisteret cum inertissimus quis p̄ retro se dedisset: strenui autem in frōte prosiluissent vs quemq; inuenerat stantem ita ad ordines militie proue-
xit. Lisander Lacedemonius egressum via quendam ca-
stigabat: cui dicenti ad nullius rei rapinam se ab agmi-
ne recessisse. Respondit ne speciem quidem rapturi præ-

IULII FRONTINI STRATAGEMA.
beas volo. Antigonus cum suum filium diuertisse audisset in
eius domum: cui tres filie insignes specie essent: audio inquit
filius anguste habitare te pluribus dominis domum possidet
tibus hospitium laxius accipere: iussaque commigrare edidit
ne quis minor quinquaginta annos natus hospitio ma-
tris familias vteretur. Q. Metellus consul quis nulla lege
impediret quoniam in filium contubernalem perpetuum haberet ma-
luit tamen eum in ordinem herere. Publius Futilius consul cum
scdm leges in contuberno suo filium posset habere in le-
gione militem fecit. M. Scaurus filium quod in saltu tridem
tino loco hostibus cesserat in conspectum suum venire ve-
tuit: adolescens verecundia ignominie pressus mortem si-
bi concinxit. Castra antiquitus Romani certeque gentes pas-
sim per corpora cohortium velut mapalia constituere so-
liti erant: cum solos urbium muros noscet antiquitas. Pyr-
rbus epirotharum rex primus, totum exercitum sub eo=
dency illo continere instituit Romani deinde victo eo in capis
aruisin circuus urbe statuentum castris eius potiti et ordi-
natione notata paulatim ad hanc usque metationem que
nunc effecta est peruererunt. P. Nasica in hibernis quis clas-
sis usus non esset necessarius: ne tamen desidia miles cor-
rumperetur: aut per ocium licentiam socijs iniuriam infer-
ret naues edificare instituit. M. Cato memorie tradidit in
furto comprehensis inter cohortes dextras esse prae-
fatas: aut ut simile eius adiuvertere noluissent in principes
sanguinem missum. Clearcus dux Lacedemonium exercitui
dicebat imperatorem potius quam hostem metui debere: signi-
ficans eos qui in prelio dubiam mortem timuissent certus
si deseruissent manere supplicium. Appiij Claudij sententia sena-
tus eos qui a Pirrho rege epirotharu capti: et postea re-
missi erant equites ad peditum redegit: ad levam armatu-
ram oibus extra vallum iussis donec tendere bina hostium

spolia singuli referrent. O. Tacilius Crassus consul eos & ab Hannibale sub iugum missi redierat tendere extra val lum iussit ut immisiti assuererent periculis: & aduersus hostem audaciores fieret. P. Cornelio nasica decimo Iunio cōsul qui exercitū deseruerat dānato virgis cesi publice venierunt. Domicius corbulo in armœnia duas alas et tres cohortes que ad castellum initio hostibus cesserent extra vallum iussit tendere donec assiduo labore & prospereis excursionibus redimerent ignominiam. Aurelius corta consul cum ad opus equites necessitate cogente iussisset accedere: eorumque pars detractasset imperium questus apud censores effecit ut vocarentur a patribus: deinde optinuit ne eis præterita aera procederent. Tribuni quoque plebis de eadem re ad populū pertulerunt, omniūque consensu stabilita disciplina est. Q. Metellus macedonicus in hispania quinq̄ cohortes quae hostibus cesserant testamentū facere iussas ad locum recuperandū remisit: minatus nō nisi post victoriam receptū iri. P. Valerio cōsuli senatus præcepit exercitū ad sirim victum ducere seruū: ibique castra munire: & hiemē sub tentorijs exigere: Senatus cū turpiter fugati eius milites essent: decreuitne auxilia ei submitterant nisi captiis eius legatiōibus quae punico bello militiā detractauerant: aut in siciliam velut relegatis per. viij. annos ordeum ex senatus consulto datum est. L. Piso cum titium prefectū cohortis quæ loco fugitiuis cesserat cincto toge præciso soluta tunica nudis pedibus in principijs quotidie stare dum vigiles venirent iussit coniuijs & balneo abstinere. Silla cohortem & centuriones quorum stationes hostis præris perat galeatos & distinctos perstare in principijs iussit. Domicius Corbulo in armœnia emilio rufo pfecto eque & ab hostibus cesserat: et parū istructā armis ala habebat veſimēta p. lictore scidit: eidēque ut erat fedato habitu p. stare i.

IVLII FRONTINI STRATAGEMA
principijs donec mitterentur imperauit. Atilius regulus cū
ex samnio in lucernā trāsgrederet: exercitusq; eius obuijs
hostibus aduersus esset: opposita cohorte iussit fugientibus
p'defectoribus cedi. Cotta consul in Sicilia valeriu nobilē
tribunum militum ex gente valeria virgis animaduertit.
Idem p. Aurelium sanguine sibi iunctum quē obsidioni li
pararū ipse ad auspicia repetenda messanam trāsiturus p
fecerat. Cū agger incēsus & capta cāstra essent virgis cesū
innumerū gregaliū peditū referri: & muneribus fungi
iussit. Fulvius Flaccus cōsul fuluiū fratre suū q'a legionē ī
q' tribunus militū erat, in iussu cōsulis dimiserat à senatu
mouit. Marius Cato ab hostili littore ī quo p aliquot dies
manserat cum tardato profectiōis signo classem soluisset:
& relicta ē militibus quidam alta voce & gestu expostu
laret vti tolleretur: circumacta ad littus vniuersa classe cō
prehensum supplicio affici iussit: & quem occisuri per
ignominiam hostes fuerant exemplo potius impendit. Ap
pius Claudius ex his qui loco cessarent decimum quēq; mi
litē sorte ductum fuste percussit. Fabius Rullus consul ex
duabus legionibus qua loco cesserant sorte ductas in con
spectu militum securi percussit. Aquirius ternos ex centu
rijs quorum statio ab hoste perrupta erat securi percussit.
Narcus Anthoniūs cum agger ab hostibus incensus esset
ex his qui in opere fuerant duarum cohortium militem
decimauit: & in singulos ex his centuriones animaduertit
legatum cum ignominia dimisit: reliquis ex legione ordeū
dari iussit. In legionem quæ regium oppidum iniussu di
cis diruerat: animaduersum est ita. vt quatuor milia tradi
ta custodie necarentur. præterea senatus consulto cautū est
nequem ex eis sepeliri vel lugere fas esset. Lucius Papia
rius cursor dictator fabium rutilianum magistrum equi
tum q' aduersum dictū eius quāvis prospere pugnauerat
virgis

virgis poposcit cesum securi p̄cūssurus: nec cōtentioni aub
præcibus militū concessit aīaduersionem: eumq; profugien
tem Romam persecutus est: nec ibi quidem remissionem
prius supplicij metu q̄ ad genia eius & fabius cum pa
tre prouolueret: & pariter senatus ac populus rogarerent.
Manlius cui imperioso postea cognomen fuit filium q̄ is
contra edictū patris cum hoste pugnauerat q̄uis victorem
incōspectu exercitus virgis cesum securi p̄cūssit Mālius fe
lius exercitu p̄ se aduersus virgis patrem seditionē para
te negauit tanti esse quenq; vt propter illum disciplina cor
rumpereetur: & obtinuit vt ipsum puniri paterentur. Q.
Fabius Maximus transfugarum dextras præcidit. C. Cu
rio consul bello dardanico circa dirachium cum ex qnq; le
gionibus vna seditione facta militiam detractasset: securis
ramq; se temeritatē ducis i expeditionem asperam & in
sidiosam negasset: quatuor legiones eduxit armatas: &
consistere omnibus detectis armis velut in acie iussit, post
hac seditionem legionem inermem pcedere distinctāq; in
conspectu armati exercitus stramenta coagit secare: poste
ro autē die similiter fossam distinctos milites facere: nullis
q; præcibus legionis ab eo impetrari potuit ne signa eius
sumitteret: nomēq; aboleret: milites autē in supplementum
ceterarū legionū distribueret. Q. Fulvio Appio Claudio cō
sulibus milites ex pugna canesi in Siciliā a senatu relegati
postulauerūt a cōsule Marcellō ut in pliū ducerent. ille sena
tū cōsuluit: senatus negauit sibi placere cōmitti his repu
quā deseruissent. Marcellō tñ permisit facere q d̄ videret
dum ne quis eorum munere vacaret, ne he donaretur, ne
ue quod premium ferret aut in Italiam reportaret dum
peni in ea fuissent. Salinator consularis damnatus est a
populo q̄ prædam non equaliter diuiserat militibus. Cū
ab liguribus in prælio Quintus petilius consul interfectus

IULII FRONTINI STRATAGEMA:
esset decreuit senatus ut ea legione in cuius acie cōsul erat
occisus: tota in frequens referretur stipendium ei annum
non daretur: aereaq; reciderentur.

De effectu discipline.

Caput. II.

Buti & Cassij exercitus memorie proditū est
b bello ciuili cū vna per macedoniā iter facerant
priorq; Brutus ad flum in quo pontem iungi
oportebat puenisset. Cassij tñ exercitum & in efficiendo
pōte & in transitu maturādo pcessisse. Qui vigor disci-
pline effecit ne solum in opibus verum & in summa bel-
li pstant Cassiani brutianos. Caius Marius cum faculta-
tē eligendi exercitus haberet: ex duobus qui sub Rutilio: et
qui sub Metello ac postea sub seipso meruerant Rutilianū
quendam minorē quia certioris dilcipline arbitrabatur
præoptauit. Domitius corbulo duabus legiōibus & paucis
auxilijs disciplina correpta partbos sustinuit. Ale-
xander macedo. xl. milia hominum iam inde à Philippo
patre disciplinæ assuefactis orbem terrarū aggressus in
numerā hostium copias vicit. Cyrus bello aduersus pera-
jas. xiiij. milibus armatorum vniuersas difficultates supe-
rauit. Epaminondas dux Thebanorum. iiiij. milibus homi-
num ex qbus. cccc. tantum equites erant lacedemoniorum
exercitum. xxiiij. milium peditū: equitum mille sexcento-
rum vicit. A. xiij. milibus græcorum qui numerus in auxi-
lijs Cyri aduersus Artaxerxem fuit centū milia barbarorū
prælio superata sunt. Eodem græcorum prælio. xiij. mili-
bus amissis ducibus redditus sui cura vni ex corpore suo
Xenophonti atheniensi demadata p iniqua & incognita
loca incolumia reuersa sunt: Xerxes à. ccc. lacedemoniorū
ad Hermopylas vexatus cum vix eos consecisset hoc se de-
cæptum aiebat, q multos quidem homines haberet: viros
autem discipline tenaces nullos.

Arcum Catonem viuo eodem quo remiges com
m tentū fuisse traditur . Fabricius cum cyneas le= gatus Epyrotarum grande pōdus auri dono ei=daret: nō accepto eo dixit malle se habentibus id impare q̄
habere. Attilius regulis cū summis rebus præfuisse adeo
pauper fuit vt se coīugem liberosq; tolleraret agello quā
colebat per vnum villicū: cuius audita morte scripsit sena=t
tui de successore destitutis rebus obitu servi necessariam
esse p̄sentiam suā. Cneus Scipio post res prospere gestas in
hyspania in summa paupertate decepit: nec ea quidem re= lista pecunia quae sufficeret in dotem filiarum quas ob in= opia publice dotavit senatus. Idem præstiterunt athenien=s
ses filij Aristidis post amplissimā rerum administratio=n
nem maxima paupertate defuncti. Epaminondas dux i he= banorū tante abstinentiae fuit vt in suppellestili eius præter
denum q̄ verū vnicū nihil inueniretur. Hannibal surge= re de nocte solitus ante noctem nō requiescebat: crepusch= lo demum ad coenam vacabat: neq; amplius q̄ duobus le= tis discum bebat apud eum. Idem cum sub Hasdrubale
Imperatore militaret plerūq; super nudam humum sagu= lo tectus somnos capiebat. Emilianum Scipionem traditur
in itinere cum amicis ambulantem accepto pane vesci soli= tum. Idem q̄ de Alexandro macedone dicitur. Massinif= sam nonagesimum etatis annum agentem meridie ante ta= bernaculū stantē vel ambulantē capere solitum cibos legē= mus. C. Curius cum victis ab eo sabinis ex senatus cōsulto
ēpliaret ei modus agri quē cōsumati milites accipiebat gre= galū portione cōctus fuit: malū ciuc̄ dices cui nō eēt id qđ
cateris satis : vniuersi quoq; exercit⁹ notabilis sepe fuit cō= tinentia sicut eius qui sub Marco Scauro meruit. namq;
n. ii

IVLII FRONTINI STRATAGEMĀ
memorie tradidit Scurus pomiferā arborem quā in pe-
de castrorum fuerat complexa metatio postero die abeun-
te exercitu intactis fructibus relicta: auspicijs imperato-
ris Cæsaris Domitianī Augusti Germanico bello quod in
Illiū civilis in Gallia mouerat lingonum opulentissima ci-
uitas que ad ciuilem descinerat cū adueniente exercitu Cæ-
sarī populationem timeret q̄ contra expectationem in-
uiolata nihil ex rebus suis amiserat ad obsequium redacta
Septuaginta milia armatorum tradidit ei. L. Mumius qui
Corintho capta non Italiam solum etiam provinciam tā-
bulis statuisq; exornauit: adeo nihil extantis manubijs in
suum conuertit ut filiam eius inopem senatus ex publico
dotauerunt.

De iusticia.

Cap. III.

Amillo phaliscos obsidenti ludi magister libe-
ros phaliscorum tanq; ambulandi causa extra-
murum eductos tradidit: dices repetendis eis
obsidibus necessario ciuitatem imperata facturā. Camillus
non solum spreuit perfidiam, sed et restrictis post terga
manibus magistrum virgis agendum ad parentes tradi-
dit pueris adeptus beneficio victoriā quā fraude nō cōci-
pierat. Mā phalisci ob hāc iustitiā spōte ei se dediderūt. Ad
fabriciū ducē Romanorū medicus Pyrrhi epirotharum re-
gis peruenit pollicitusq; est daturū se Pyrrho venenum si-
merces sibi in qua opere preciū foret cōstitueret. Quo fa-
cinore fabricius ægere victoriā suam non arbitratus re-
gi medicum detexit: atq; ea fide meruit ad appetendam
amicitiā romanorum compelleret pyrrhum.

De constantia.

Cap. V.

Neus Pōpeius minātibus direpturos pecunia
militibus que in triūpho ferret: seruilio &
glaucia cohortatibus ut diuideret eā ne sedi-

tio fieret: affirmavit nō triūphaturū se potius, sed moritū
 rū q̄ licetie militū succumberet. Castigatisq; oratiōe graui
 laureatos fāscē obiecit vt ab illorū īciperēt direptiōe: eaq;
 iniuria rededit eos ad modestiā. G. Cāesar seditiōe i tumul
 tu cūiliū armatorū maxiētū timētibus animis legionē to
 tā exauctorauit ducib; securi percussis: mox eos quos
 exauctorauit ignominia deprecātes restituuit & optimos
 milites habuit. Postumius consularis cohortatus suos cum
 interrogatus esset a militibus quid imperaret: dixit vt se
 imitarentur: & abrepto signo hostes primus inuasit: quē
 secuti victoriā adepti sunt. Et Marcellus cū in manus gal
 lorū imprudēs incidiisset, circūspiciēde regionis qua euade
 ret causa equū in orbē flexit deinde cū omnia esse infesta
 vidisset p̄catus deos in medios hostes irrupit: qbus inopi
 nata audacia perculsis ducē quoq; eorū trucidauit atq; vbi
 spes salutis vix superfluerat inde opima retulit spolia. L.
 Paulus admisso ad cānas exercitu offerēte equū lētulo quo
 fugeret supesse cladi q̄q nō p ipsū cōtracte noluit: sed i eo
 saxocui se vulneratus adclauerat p̄sedit dōec ab hostibus
 oppressus cōfoderetur Varro collega eius vel maiore con
 stātia post eandē cladē vixit: gratieq; ei à senatu & popu
 lo acte sunt q nō desperasset rem p̄nō aut vite cupiditate
 sed reip. amore se superfluisse reliquo etatis sue tēpore ap
 probauit. Nā & barbā capillūq; submisit: & postea nūq;
 recubās cibū cœpit: honoribusq; cū ei deferrentur à popu
 lo renūcianit dicens: felicioribus magistratibus reip. opus
 esse. Sempronius Tuditianus & G. Octavius tribunūlīmī
 litū omnibus fusis ad cānas cū in minoribus circūsideren
 tur suaserunt cōmilitonibus vt stringerēt gladios & per
 hostium presidia erumperent secum id sibi esse animi
 etiā si nemini ad erūpēdū audacia fuisset affirmātes de cū
 itantibus. xij. omnino equitibus vel peditibus qui comitari



EVLIT FRONTINI STRATAGEMA.
substinuerat repertis incolumes canisū puerunt. C. Fo-
teius Crassus in hyppania cum tribus milibus hominum
predatū profectus: locoq; iniquo circuuentus ab hasdruba-
le ad primos tantū ordines relato consilio incipiēt nocte:
quo tempore minime expectabatur per statioes hostium
erupit. Publius deciutribunus militū bello samnitico Cor-
nelio consule iniquis locis deprehēso ab hostibus suasit ut
ad occupandum collem qui in propinquuo erat modicāma-
num mitteret. seq; ducem his qui mittebantur obtulit ad
uocatus in diuersa hostis emisit consulem. Decium autē cin-
xit obseeditq; illas quoq; angustias nocte eruptione factā
cum eluctatus esset Decius incolumis cum militibus con-
suli accessit. Idem fecit sub Atilio Calatino consule, cuius
varie traduntur nomina aliij laberium: nonnulli cedicum
q; plurimi Calphurnium flammā vocitatum scripserunt
hic cum demissum in eam vallem videret exercitum cuius
omnia latera que superiora hostis insederat depoposcit: et
acepit a consule trecentos milites quos hortatus ut virtus
te sua exercitum seruarent in medium vallem decucurrit
ad opprimendos eos vndiq; descēdit hostis: longoq; et aspe-
ro prelio retentus occasionem consuli ad extrahendū ex-
ercitū dedit. G. Cæsar aduersus Germanos & regē Ario-
nistum pugnaturus confusior animis pro concione dixit
nullius se eo die opera nisi decime legionis usursum. Quo
assecutus est ut & decumanitāq; precipue fortitudinis
testimonio concitarentur: & cæteri pudore ne pœnes alios
gloria virtutis esset. Lacedemonius quidam nobilis Phi-
lippo denunciante multis se prohibiturum nisi ciuitas si-
bi traderetur: non inquit & pro patria mori nos prohi-
bebit. Leonidas lacedemonius cum dicerentur per se sagis-
tarum multitudine nubes esse facturi fertur dixisse melius
in umbra propugnabitus. C. Elius pretor urbanus chna

eis dicenti p̄ius in capite insedisset & aruspices respon= dissent dimissa aue hostium victoriam fore necata po= pulum romanum superiorem ac celium cum familia periturum non dubitauit dare pecuniam qua nostro exer= citu vincente ipse cum. xiiij. celis ex eadem familia in pre= lio est occisus. bunc quidam non celium sed lelum fuisse. & Lelios non celios perisse credunt. P. Decius primo pa= ter postea filius in magistratus se pro rep. deuouerunt: ad= missisq; in hostem equis adepti victoriam patrie contule= runt. Publius Crassus cum bellum aduersus Aristonicum in asia gerens inter eliam & mirrbinam in hostium co= pias incidiisset viuisq; abduceretur execratus in consule Romano captiuitatem virga qua ad equum eratvus Thra= ci a quo tenebatur oculum eruit atq; ab eo per dolorē cō= citato transuerberatus dedecus seruitutis ut voluerat ef= fugit. M. Cato censorij filius in acie decidente eque prola= psus: cum se recollegisset animaduertissetq; gladium exc̄= disse vagina veritus ignominiam rediit in hostem: ex eo= q; aliquot vulneribus recuperato gladio demum reuersus est ad iuuos Petilini a penis obfessi parētes et liberos ppter in opia eiecerūt: ipsi corijs madefactis & igne siccatis fo= liisq; arborū & oī genere animaliū vitā trahētes. xi. men= ses obſidionē tollerauerunt. Hyspani cū frabescēse oīa eadē passi sunt: nec opoidū hirculos tradiderunt. Casilini obſi= dēte Hānibale tātā in opia p̄pessi sunt ut cētū denarijs mi= rē veniūsse pditū memorie sit eiusq; vēditorē fame p̄iūſſe ēmporē aut vixisse, fidē tñ seruare Romanis perseuera= herunt. Cicicum cū oppugnaret Mythridates captiuios eius vrbis pduxit. ostēditq; obfessis arbitratus futurū vt mi= feratione suorū compelleret ad deditiōnem oppidanos: at illi cohortati ad patiendum fortiter mortem captiuios ser= uare Romanis fidem perseuerauerunt Eginenses cū a via

IVLII FRONTINI STRATAGEM A.

shotis liberi & coniuges cederetur: preoptauerunt specta
re suppicia pignorum suorum q; a Romanis deficere Nu
mantini ne sederent fame mori prefixis foribus domum
Iuarum maluerunt.

De effectu & moderatione.

Cap. VI.

Vintus Fabius hortate filio ut locū idoneum
q paucorum iactura caperet. Vis ne iquit tu ex
illis paucis esse Xenophon cum equo vehere
tur: & pedites iugum quoddam occupare iussisset vnum
ex eis obmurmurantemq; diceret facile tam laboriosa se-
dentem imperare desiluit: & gregalē equo imposuit: cur
suq; ipse pedestri ad destinatum iugum contendens: cuius
facti ruborem cum perpeti miles non posset irridentibus
commilitonibus sponte descendit Xenophontem vix uni-
uersi ppulerunt: ut cōscēderet equū: et labore suū in necessa-
ria duci munera reseruaret. Alexander cum hieme duceret
exercitum residens ad ignem recognoscere pretereuntes co-
pias coepit: cumq; cōspexit quēdā prope exanimatū fri-
gore cōsidere loco suo iussit, dixitq; ei si in persis natus es-
ses in regia sella sedisse tibi capitale foret: in Macedōia na-
to conceditur Diuus Augustus Vespasianus cum quendam
adolescentem honeste natum militie inhabilem angustia-
rum rei familiaris causa eductum ad longiorem ordinem
rescisset censu constituto honesta missione exauctorauit.

De varijs consilijs.

Cap. VII.

Aesar] dicebat idem esse sibi cōsiliū aduer-
sus hostem q d plerisq; medicis contravitia
corporū fame potius q ferro superādi. Do-
mitius corbulo dolabra. i. operibus hostē vincendū esse di-
cebat. L. Paulus īperatorē senē moribus dicebat esse opor-
tere. significans moderiora sequēda cōsilia. Scipio Aphri-
canus fertur dixisse cum eum parum quidā pugnacē dice-

rent: imperatorem me mater non bellatorem peperit. Co-
Marius Teutono p̄uocati eū & postulati vt prodiret re-
spondit. Si cupidus mortis esset laqueo eum vitam posse
finire: cumq; demonstraret ei gladiatorem contempte sta-
ture & prope exacte etatis obiecit ei dixitq; si eū superas-
set cum victoria congressurum. Quintus Sertorius expe-
rimento didicerat se imparem vniuerso romanorum ex-
ercitu vt barbaros quoq; inconsulte pugnam deposcentes
doceret: adductis in conspectum duobus equis eorum pre-
ualido alteri: alteri admodum exili: duos admouit iuue-
nes similiter electos robustum & gracilem robustiori im-
perauit equi exilis vniuersam caudam abrum pere graci-
li autem valentioris per singulos pilos vellere. Cūq; graci-
li successisset quod imperatum erat validissimus cum in-
firmi equi cauda sine effectu luctaretur naturam (inquit)
Sertorius romanorum virium per hoc vobis exemplum
ostendi milites insuperabiles sunt vniuersos aggredienti
eos lacerabit & carpet qui per partes attentauerit. Va-
lerius leuin us consul cum intra castra sua exploratorem
hostium deprehendisset: magnamq; copiarum suarum fi-
duciam haberet: circunduci eum iussit terrendiq; hostis
missa exercitus suos visendos speculatoribus eorum quo-
tiens voluissent patere. Celius primipilaris qui in Germa-
nia post Valerianam cladem obfessis nostris pro duce fuit
veritus ne barbari ligna que congesta erant vallo admo-
herent & castra eius incenderent: simulata lignorum ino-
pia missis vndiq; quiefa furarentur effecit: vt Germani
vniuersos trūcos amolirent. Gn. Scipio bello nauali āpho-
ras pice & teda plenas in hostium classem iaculatus est:
quarum iactus & pondere foret noxius: & diffunden-
do que continuerant alimentum prestarent incendio. Han-
nibal regi antiocho mōstrauit: vt in hostium classem va-

IVLII FRONTINI STRATAGEMA.

scula iacula retur viperis plena: quarum metu perterriti milites a dimicione: & nauticis ministerijs impedirentur. Idem fecit iam cedente classe sua præfias. Marcus porcius impetu in classem hostium cum transiluisse deturbatis ex ea penis eorumq; armis et insignibus inter suos distributis multis naues hostium quos sociali habitu se fellerat mersit. Athenienses cum subinde a lacedemonijs infestarentur diebus festis quos sacros manerue extra urbem celebrabant omnium quidem colementis imitationem expresserunt armis tantum & veste celatis peracto ritu suo non statim athenas reuersi, sed protinus raptim acto. Lacedemonium versus agmine eo tempore quo minime timebantur agrum hostium quibus subinde prede fuerant vltro depopulatis sunt. Cassius onerarias nauis non magni ad alios usus accensas opportuno vento in classem hostium misit & incendio eam consumpsit. M. Licinius fuso hasdrubale. hortantibus eum quibusdam ut hostem ad internitionem persequeretur respondit aliqui et supersint qui de victoria nostra hostibus nuncient. Scipio Africanus dicere solitus est hosti non solum dādam esse viam ad fugiendum, sed etiam muniēdum. Pericles Atheniensis affirmauit in columnes futuros hostes si deponerent ferrum: eisq; obsecutis conditionibus vniuersos qui in sagulis ferreas fibulas habuissent interfici iussit Hasdrubal subigens dolum numidarum causa ingressus fines eorum resistere parantibus affirmauit ad capiendos se venisse elephantos quibus ferax est numidia, vt per hoc permettarent poscentibus promisit: & ex ea persuasione aduocatos adortus sub leges redigit. Alcetas Lacedemonius vt Thebanorum cōmeatum facilius ex inopinato aggredieretur: in occulto paratis nauibus tanq; vnam omnino haberet triremen vicibus in eam remige exercebat. quodam deinceps

de tempore omnes naues in Thebanos transnauigates im-
misit & commeatibus eorum potitus est. Ptholemeus ad
herus predicam exercitu preualentem ipse inuaidus,
omne pecudum genus religatis ad tergum que traherent.
Carpentis agendum per paucos curauit equites : ipse pre-
gressus cum copijs quos habebat effecit ut puluis quem
pecora excitauerant speciem magni sequentis exercitus
moneret, cuius expectatione territum vicit hostem. Mi-
ronides Atheniensis aduersus Thebanos equitatu pre-
ualentes pugnaturus in campis suos edocuit manenti-
bus esse spem aliquam salutis : cedentibus autem perni-
ciosissimum. Qua ratione confirmatis militibus victo-
riam consecutus est. L. Pinarius in Sicilia presidio hen-
ne prepositus claves portarum quas penes se habebat re-
poscentibus magistratibus hennensium quod suspectos
eos tanquam transitionem ad poenum pararent habebat:
petijt vnius noctis ad deliberationem spaciun: indicataq;
militibus fraude Græcorum cum precepisset ut parati
postera die signum erpectarent: prima luce assistentibus
militibus redditurum se claves dixit si idem omnes hen-
nenses censuissent: ob eam causam vniuersa multitudine
connoceta in theatrum & idem flagitante manifesta de-
ficiendi voluntate signo militibus dato vniuersos hennen-
ses cecidit. Iphycrates dux Atheniensium classem suam
hostili habitu instruxit: & ad eos quos suspectos habe-
bat inuestus cum effuso studio exciperetur deprehensa eo-
rum perfidia oppidum dirupit. Tigracuſ cum edixisset
futurum ut ex volonum numero fortibus libertatem da-
ret ignaos crucibus officeret: & quatuor milia ex his
quia segnius pugnauerant metu pene in quendam muni-
tum collem coiffent misit qui eis dicerent totum sibi exer-
citum volonum viciſſe: videri quod hostes fugiſſent, &

IULII FRONTINI STRATAGEMA.
sic eos & sua fide & ipsorum metu exsolutos recepit. Hannibal post prælium quo ingentem cladem ad trasimenum Romani acceperunt cum sex milia hostium interposta pactione in potestatē suam redigisset socios latini nomine benigne i ciuitates suas dimisit dictitans se Italie libera de causa bellum gerere: eorumq; opera aliquot populos in dditionem accepi. Mago cum locri obsideretur a crissino classis nostre præfecto diffudit ad Romana castra rumorem Hannibalem cesum Marcello ad liberados obsidiōe locros venire, clā deinde eq̄tes emissos iussit a mōtibus q; in conspectu erant se ostendere. Quo facto effecit ut crissinus Hannibalem adesse ratus cōscenderet naues ac fugeret. Scipio emilianus ad numātiā oībus nō cohortibus tñ: sed centurijs sagittarios et funditores interposuit. Pelopidas Thebanus cum a thessalis in fugā versus flumē in quo tumularium fecerat pontē liberasset: ne sequentibus hostibus idē transitus maneret nouissimo agmini præcepit incēderent pontem. Romani cum cāpanis equitibus nullo modo pares essent. Q. Neuius Centurio in exercitu Fuluij glaci proconsulis excogitauit vt delectos ex toto exercitu qui velocissimi videbantur: & mediocris stature erāt parvus non amplis & galeiculis gladiisq; ac septenis singulos hastis quaternorum circiter pedum armare, eosq; adiunctos equitibus inberet usq; ad menia prouehi: deinde ibi positis nostris equitibus incipere inter hostium equitatum præliari. Quo facto vehementer: & ipsi campani afflitti sunt & maxime equi eorum: quibus turbatis prona nostris victoria fuit. P. Scipio in Lidia cum die ac nocte hymbre continuo vexatum exercitum Antiochi videret: nec homines tantum aut equos deficere, verum arcus quoq; madentibus neruis inhabiles factos exhortatus est fratrem ut postero quis religioso die committeretur prælium: quam

Sententiam secuta victoria est. Catonem' vastantem Hispāniām legati ille igitum qui sociorum populus erat adie= runt oraueruntq; auxilia: ille ne aut abnegato adiutorio socios alienaret: aut deducto exercitu vires minueret ter= tiam partem militum cibaria parare & naues ascendere iussit: dato præcepto vt cuncti ventos retro redirent: præce= dens interim aduentantis auxiliū rumor vti ille igitur excē= tanit animos: ita hostium consilia discussit. C. Cæsar cum in= partibus Pœrianis magna equitum Romanorū esset ma= nus: eaq; armorū sciētia milites conficeret: ora oculosq; eo= rum gladijs peti iussit: & sic aduersam faciem cedere coe= git. Locri cum à Sempronio gracco collocatis signis vrge= rentur vniuersas copias cinxere plaustris quæ impleuerāt fortissimis viris muliebri veste testis. Sempronium quo= q; tanq; aduersus feminas audencius ad obsidēdos hostes consurgentem: hi qui in plaustris erant aggressi fugauerūt Eumenes Sardianus ex successoribus Alexādri in castello quodam clausus quo exercere equos nō poterat: certis quo= tidie horis ita suspendebat vt posterioribus pedibus innī= xi prioribus alleuatis cum naturalem assistendi appetunt consuetudinem ad sudorem vimq; crura iactarent. Mar= cus Cato pollicentibus barbaris duces itinerum & insu= per presidium si magna summa eis promitteretur non di= bitauit polliceri: quia aut victoribus ex spolijs hostilibus poterat dare. aut victis exsoluebatur promissio. Q. Maxē= mius transfugere ad hostes volentem statilium nobilē cla= re opere equitem vocari ad se iussit: eiq; excusauit q; inui= dia commilitonum virtutes illius ad id tempus ignoras= set. Tum donato ei equo pecuniam insuper largitus obti= nuit: vt quem ex conscientia trepidum accersierat letum dimitteret: & ex dubio in reliquum non minus fidentem quā fortē haberet equitē. Philippus cum audisset piciam

IULII FRONTINI STRATAGEMA.
quendam bonum pugnatorem alienato sibi & tres filias
inops vix aleret: nec a rege adiuuaretur: monentibus qui
busdam uti eum aueret: quid si inquit parcer aegram cor-
poris haberet absciderem potius q̄ curare. deinde familia
riter secreto elicitū pitiā accepta difficultate necessitatum
domesticarum pecunia instruxit: ac meliore fidelioremq̄
habuit q̄ habuerat anteq̄ offenderet. **T. Quintius Crispinus**
post infamiam aduersus penos dimicationem qua col-
legā Marcellum amiserat: cum comperisset potitum anulo
interfecti Hannibalem litteras circa municipia totius Ita-
liae dimisit ne crederent epistolis si quae Marcelli anulo ob-
signate perferrentur: monitione consecutus est ut Salapia
& aliae vrbes frustra Hannibalis dolis temptaretur. Post
Cannensem cladem percussis ita Romanorum animis ut
pars magna reliquarum nobilissimis auctoribus deserē
de Italiae iniret consilium. **Publius Scipio** adolescens admo-
dum impetu facto in eo ipso in quo talia agitabant ceteri p-
nuncianit manu se sua interfecturū nisi qui iurasset non
esse sibi mentem destituēde reipub. Cumq; ipse se primus
religione tali obligasset stricto gladio mortem vni ex pro-
ximis minatus nisi acciperet sacramentū: illum metu: cete-
ros etiā exemplo coegerit ad iurandum. **Volscorū** castra cum
ppe a virgultis silua q; posita essent, Camillus ea omnia
quaē cōceptum ignē vsq; in vallum perferre poterant incē-
dit: & sic aduersarios exuit castris. **P. Crassus** bello socia-
li eodē modo ppe cum copijs omnibus interceptus est. **Q.**
Metellus in Hispania castra moturus cū in agmine milites
contineret se intra castra Hermocrates detentos eos poste-
ro die habilioribus iam suis tradidit bellūq; cōfecit. Mil-
tiades cū ingentem persarum multitudinem apud Maras-
thonem fudisset athenienses circa gratulationē morātes cō-
pulit ut festinarent ad opem vrbi ferendā quam classis

persarum petebat. Cumque præcurrisset impletissetq; mœnia armatis: perse rati ingentē esse numerū atheniensium. & alio milite apud Marathonem pugnatum alio pro misris suis opponi circuastis extemplo nauibus asiam repetierunt. Pisistratus atheniensis cum exceperisset megarensium classem qua illi ad eleusin noctu applicuerant ut operatas cereris sacro feminas atheniensium raperent magnaq; edē tacebat eorum ultus esset suos: eademq; quæ ceperat nauigia athenensi milite compleuit quibusdam matronis habitu captiuorum in cōspectu locatis. Qua facie decepti Magareses tanq; suis & cum successura nauigantibus effuse obuij inermesq; rursus oppressi sunt. Conon dux atheniensium vista classe persarum apud insulā Cypron milites suos captiuis armis induit & eisdem barbarorum nauibus ad hostem nauigauit. In pamphiliam apud flumen Eurimedunta persequi & nauigia & habitum superstantium agnoscerent nil cauerunt. Subito itaq; oppressi eodem die & nauali, & pedestri prelio victi sunt.

FINIS.

AELIANI DE INSTRVENDIS ACIE-
bus opus ad Diuū Hadrianū: à Theodoro Thessalonicense
latinum factum ex Antonio Panormite Alphonsi Regis
præceptor i dicatum.

PREFATIO.

Scientiam græcis acierum instruendarum so-
litam Diue Hadriane: quam ab homeri usq;
temporibus sumpsisse initium certū est. Lit-
teris complures mandauerunt auctores su-
periores: qui parum eam quā nos habere in rebus mathe-
maticis credimur: disciplinam tenuere. Quā ob rem pace
omnium dixerim ita persuasus de hac eadem tractare sciē-
tia volui ut posteros nostra potius q̄ illorum antiquorum
præcepta lecturos confiderem: tamen q̄ Romanā huiuscē-
modi rei facultatem ac peritiam ut verum fatear ignora-
rem diu dubitavi an rem repetere in usumq; reuocare de-
berem. Iam lapsam desitam & forsitan minime propterea
utilem ob eam doctrinam quam tui Romani inuenere. Sed
cum ad diuū Neruā patrē tuum salutandi visendiq; gratia
formias venissem: diesq; nonnullos apud Frontinum vi-
rum consulairem insignem & rei militaris peritum diuer-
terem. Intellexi sane non minus studij ab eo ipso græce im-
pendi q̄ romanæ scientie militari, atq; ita negligēdū præte-
rea qđ de acierum instructione more græcorum docerem
non censui: ratus scilicet nunq; apud Frontinum posse id
studii seruari: nisi haud deterius eo genere ordinādi quod
Romani exercent haberetur. Formā igitur operis quam
notaueram quidem aliquando litteris sed nunq; edere au-
sus sum propter tuam summam peritiam & virtutem:
qua facile omnes qui copijs vñquā imperauerint antecellis
modo perficiendam expoliendamq; repetij ea cū diligētia
vt pre-

ut præ omnibus veterum auctorum græcorum operibus posset meo iudicio cōprobari. Nam dilucide quidem ordinateq; expositionis ratione futurum ita affirmauerim ut qui opus hoc legant longe & plenius possint doceri & facilius q; ex ijs q; antiquiores reliquerūt, sed q;q; hoc ita est, tamen nō sine pudore summaq; retractione mittere opus militare ad te poteram. Tam multorum magnorumq; bellorum magistrum atq; imperatorem. Haud enim fieri potest quin hæc tenuiora videantur si cum tuis conferri volueris. At si ut peregrinam scientiam & rationum elegatiuſculam quandam legeris cōmentationem credo nō nibil capies deleſtationis, præſertim si in his vel Alexandri Macedonis ingenium ac studiū militare cōtempleris. Summas autem & veluti capita eorum quæ explicantur preposui omnium ut q;n per tuas occupationes minus plura legere liceat paucis que liber continet intelligere posses, & quæ placherit legere facile sine vlla iactura temporis intenires.

RIMVS OMNIVM QVOS NO
uerimus poeta Homerus acierū instruenda-
rum scientiam terruisse ac hoīes ea præditos
facultate probasse laudanisseq; videtur:
Quale illud de Menestheo carmen legimus.

Mulla quidem huic similem mortalem pro-
tulit etas. Ordine qui martis turmas equitemq; locaret. Et
quidem de homericâ disciplina armorum legimus opera.
Stratoclis: Hermie, & Frontini nostræ etatis viri con-
sularis, sed latius Aeneas genus id instruendi exposuit,
qui de tota quoque re militari satis operum addidit, quæ
yneam Thessalum redigisse in breuitatem constat. Pyra-
mus etiam epirota quemadmodum copie instrui debe-

AELIANVS

rent scripsit: ex Alexander eius filius: Clearchus. Itemque
Pausanias: Euangelus et Polybius. Megalopolitanus: vir
in vario literarum studio delectatus et scipionis fami-
liaris. Ad hec Eupolemus atque Iphicrates. Posidonius sto-
icus etiam artem instruendarum acierum scripsere: plures
que; alij aut prima quedam imbuendi erudimenta edidere:
ut Bryon, aut pleniores tractatus quos Topicos a denota-
tione locorum inscriperunt. verum enumerare omnes que;
aliquid de re militari scriptum reliquerunt longum et su-
peruacuum est: oium tamen opera legi, et quid de ijs indicem
dicam, omnes fere ita mihi vnanimiter scripsisse' quasi do-
cere homines vellent non ignaros sed satis earum rerum
peritos quas explicare statuerent, quod igitur nobis incō-
modum cum primum rei huiuscmodi disciplinam affe-
ctaremus occurrebat: ut neque; pceptores nostre etatis ido-
neos haberemus: neque; satis facere posse veterum illa prece-
pta putaremus. id pro viribus enitemur ne alijs eueniat
committamus: quamobrem quotiens minus sententiā no-
stram verbis satis exprimere possumus adiumento vte-
mur figurarum descriptionis: ut ipse conspectus vnu intel-
ligentie subueniat. Nusquam tamen antiquorum auctorū
volumulis vti omittam: ut qui primus his nostris eradimē-
tis imbuatur: nihil postea peregrinum sibi sonare arbitre-
tur cum illorum opera audit. Credo autem neminem fo-
re qui nostra hac via ex ratione institutus non facile vete-
rum quoque omnia possit opera intelligere. Utilem omnium
maxime disciplinam hanc esse intelligi ex ijs licet que Pla-
to philosophus in eo opere quod edidit de legibus differit.
Cretensium enim legislatorem ita leges condidisse affir-
mat tanquam homines semper parati essent ad bellum:
atque in procinctu dimicandi consistenter: omnibus

namq; inter se vrbibus bellum geri, quod non aliquo præcōne aut faciali sed ab ipsa rerum natura indiceret. Quod cum ita sit que nam alia esse potest disciplina vel potior vel humane vite commodior q; hæc rei militaris? Initium vero sumendum ab ijs censeo quæ absolute ad bellum atq; perfecte apparantur, quarum duplices esse copias nouimus. Aut terrestres enim aut nauales. Terrestres q; terra p=lientur. Nauales quæ mare aut flumijs classe decertet. Sed de instructione naualis ordinis alias. Nunc quæ ad terrestrem pertinent expeditionem exponemus, Hominum igitur quos ad bellum colligimus numerus ita cōstat, ut partim bellatores sint partim imbellies, tantum ad usus necessarios bellatorum & ministeria accommodati. Bellatores ij sunt qui ad decertandum instruuntur, armisq; adversarium inuadunt. Imbellies reliqui omnes habentur ut medici, ut tabernarij, ut serui, & ceteri qui exercitum ministerij causa sequantur. Bellatorum alijs pedites, alijs vectores. Pedites qui pedibus in terra emittuntur. Vectores qui aliquo ferantur vehiculo, quorum duplex est genus. Nam alijs æquis, alijs elephantis vehuntur, quin etiam qui æquo vtuntur seorsum in duas partes distinguuntur, quippe qui aut in curribus constant aut æquis ipsis insideant. he sunt vniuersi generis differentiæ. Membrum pedestre atque æquestre multiplex est, quod vero in elephantis & curribus versari proposui nulla euaria differentia. Pedestris itaque ordo in partes digeritur tres. Armatos. Velites. Peltatos. Armati grauissimi inter pedites armis vti consueuerunt more Macedonum, & ob eam rem grauis armature dicuntur, ac nomen illud Armati speciale accipiunt. Nam scutum amplius & rotundum gerunt, & hastam longiorem

AELIANVS

Velites levissime omnium armantur, quo circa vel expeditos nuncupari eosdem licuit: non loricam induunt non cream muniuntur non clypeum aut scutum graue gerere soliti sunt: sed telis tantum utuntur aut sagittis iaculis: lapide aut ex funda: aut ex manu: quo in genere Argili telum posseendum est. Peltatis similis macedonice illi armatura iesum est: sed leuior. Nam et pelta scutum paruum leveque est, et coti eorum loge sarissis sunt breviores: denique genus id armaturae locum inter velites et armatos tenere apertum est. videlicet grauius quam velites leuius quam armati: quod obrem sunt coplures qui eos cum velitibus iungat et utroque vocari velint. Leuem armaturam. Equestres copie que a quadrigis se iungi et per turmas locari debent. Modo armandi inter se distant. Pars enim armis tota obsepta est: et hinc cataphracti nomen sortita est. Pars non tota armis integitur. Cataphractos igitur intelligi eos volo qui non solum sua corpora sed etiam equos lorica vndeque muniunt. Partis autem non cataphracte alijs hastati habentur: alijs ferentarij. Hastati qui manus conserunt et cominus hasta decertant, quorum alijs scutum gerunt et inde scutati dicuntur. Alijs sine scuto hasta impugnant qui nomine speciali Hastati vocantur. Et contatti. Ferentarij equestris iij dicuntur qui eminus solent dimicare: quorum alijs iaculis alijs archu utuntur. Iadiculantur quos Tarctinos vocamus. Archi utuntur qui equites sagittarij et a nonnullis Scythe etiam vocantur Tarctinorum duo sunt genera, Nam alijs logius iaculatur et ob ea rem Equites iaculatores dicuntur: et Tarentini speciali vocabulo. Alijs cum semel aut bis iaculum miserunt, quo leuiori utuntur: manus de cetero cum aduersario conserunt et cominus pugnare incipiunt: non secus quam quos hastatos appellari retulimus. Leues hos nominari solitum est. Ergo Tarentinorum alijs Tarentini nomine suo vocantur: qui de longe

iaculari consueuerunt. Alij leues qui pugnā cominus sub
eūt. Exposui genera copiarū numero. ix. armatos. Peltatos
Velites. Equites hastatos. Equites iaculatores. Equites sagit-
tarios. Equites cataphractos. Currus. Elephantos. Sed cum
phalanx queq; collegia pfecturas ordines numerūq; ido-
neum contineat atq; etiam verba sortiatur que tū ad pce-
pta' quotidiani exercitiū tū ad plium ipsum accōmodētur
de his singulis doceamus necesse est. Primū igitur in hac
disciplina & picipiū est vt ex multitudine hominū quā
fusam inordinataq; acceperimus idoneos eligamus: et lo-
cis conuenientibus instruamus: hoc est decuriemus & con-
decuriemus atq; vt numerū statuamus copiarum qui mo-
dice cōmodeq; ad belli rationē & vsum suppeditet. q.p=pe
cum et ī itinere & in castris & in prālijs ipsis instru-
ētum haberi exercitum sit perquātile. Iā s̄aepe magnas
corias inordinatas a paucis ordinatis militibus profligā-
tas legimus. Quāobrē Eneas ita genus id discipline desi-
nit: vt scientia sit bellice motionis. Polibius vero scientiā
esse inquit qua homines militari ordini admittantur de-
curientur condecurientur: deniq; aptentur & erudiātur
ad belli vsum & rationem. Decuriare igitur est decurias
instituere. Est autem decuria numerus hominum q; a di-
ce vno positione simplici subinde deductus serie cesset vel
in octauū vel in duodecimum vel in decimumsextum. Nu-
merus enim decurie varie ad hunc modum à diuersis au-
toribus datur. Verū in re nobis pposita sexdecim descri-
bantur: cū hic numerus tū ad phalāgis lōgitudinē modice
habeat. Tū si vſus aliquādo exigat altitudinē vel duplicari
in. xxxij. & augeatur vel dimidiari vt in. viij. diminuat
nihil postpositis expeditis militibus esse possit impedime-
to. Nā siue iaculent siue funda aut arcuantur facile suo
iactu altitudinem phalangis exuperent. Optimus cuiusq;

decurie preponi et ductor ceterorum omnium esse debet:
 qui et decurio, et decanus, et dux, et primus, et pre-
 stes nuncupatur. Ultimum decurie tergidiuctorem vocamus. To-
 tam vero ipsam decuriā ordinē versum et decaniā: non
 nulli etiam ennomotia quasi auctorationē a sacramento
 militari appellant. Sed sunt qui ennomotia quartam esse
 decurie partē asserant. Præfectumq; ennomotarchā prepo-
 nat. Duas item ennomotias dimeritā quasi bipartitā vocant:
 et principē. Dimeritā ita ut semidecuriā dimeritā quoq;
 liceat vocari et semidecurionē. Diomeritā qui secūdus
 decurie est: nā qui proxime decurionē postponitur substes
 dicitur: qui vero hunc sequitur p̄stes. Item substes qui pro-
 ximus ab hoc prestite est acdeinceps in hunc modum pre-
 stes substesq; locatur ut ordo totus ex prestib⁹ et sub-
 stib⁹ posit⁹ alternatim conficiatur. Unde merito decu-
 riam ita quoq; diffiniunt ut versus sit ex primis secundis
 q; pro virtute institutis atq; vni decurioni obtemperanti
 bus. Cōdecuriare est pri me decurie secundā ita apponere
 ut lateri primi versus decurionis decurio secundi versus
 respōdeat, et lateri substis primi decurionis substes prē
 mus secūde decurie ac deinceps ad hunc modū. Astes vero
 is dicit q; ita appositus viget verbi gratia decuriōis p̄rie de-
 curie astes decurio sc̄de decurie ē: et substis p̄rie: substes
 secunde, itaq; deinceps: quotiens igitur post secundā decu-
 riā tertia et quarta et relique deinceps adjiciuntur. Ta-
 lis cōstructio cōdecuratio dicitur: totaq; coagmētatio pha-
 lanx sive legio. Cuius lōgitudo prima decurionum ordina-
 tio est: que et frons: et facies, et acies, et iugum, et
 os, et duces, et p̄stites, et primi decuriarū vocari solita
 est. Quantū vero phalāgis pone frōtē ad tergi usq; ducto-
 res porrigitur id altitudo nominat. Stare per directū in
 longum astites ingare dicithur. Stare per directū in latum

prestites substitesq; versare vocabulum accipit. Phalanx seorsum in primas summasq; partes duas à fronte p totā sui altitu dinē secatur, quarum altera cornu dextrum ex capite vocatur, altera cornu leuum & pes dicitur qua aut longitudo ita secatur oris et vmbilici nomine utimur.

Ost armatorū phalāgem pone leuis locū armatura. Equites vero ab hac loco tertio statuuntur fieri tamen potest ut vsus vel secus dispozī interdū exigat quod in p gres su operis explicabimū. Nunc quantus armatorum atque equitum numerus esse debeat: & quemadmodum singulos oporteat ordinari & ordines magna cum celeritate transformari necessitate incumbente conueniat: & quam disciplina mouendi de singulis ordinibus habeatur, exponemus. Numerum statuere certum copiarum nulla probabili ratione possumus. Prout enim rem suam quisq; plus minusue apparatus desiderare intelligit, ita modum describet. Sciendū tamen eos numeros deligi oportere quē ad ordinū transformationē possint occurrere habiliores. Hoc est quotiens phalāgis longitudinē augere, altitudinem diminuere: aut econtrario agere voluerimus: quāobrē genus numeri illud pbamus quod subinde in partes equas vsg; in vnitatē possit diuidi: vnde auctores qui de acierum instructione scripsere, magna ex parte phalangē grauis armature numero. xvi. milia. ccclxxxiiij. institui cēsent opere. Leuis armature sub duplo eius numeri. Itemq; huius sub duplo equitum phalangē describunt. Nam. xvi. milia ccclxxxiiij. numerus dimidiari subinde vsg; in vnicitatē potest. Forme igitur descriptionisq; gratia hunc ponimus numerū. Vnde fit ut quoniā decuria. xvi. hominibus consolare proposicerimus. M. xxiiij. decurias confici necesse

AELIANVS

Sit. Decurie in ordines digeruntur: quibus singulis vel nomine proprium inditum est. due namque decurie dilochia velut duplarem quadrā decuriā siue armaturam cōstituant hominum. xxxij. cuius ordinis princeps dilochita duplaris quidā decurio nunpatur. Quatror decurie tetrachia, quadruplare dixerim decuriā faciūt hominū. lxiiij. cui p̄eest tetrarcha quadruplaris decurio. Due quadruplares ille: centuriā cōstituit hominum. cxxviij. decuriarū. viij. cuius p̄efectus Cēturio ex à nonnullis ordinariis dicitur. Due centurie manipulū reddunt decuriarū. xvi. hominū. cclvi. cui manipularius p̄eest. Sunt qui genus hoc ordinis. cclvi. Xenagia à mercennario milite vocēt: eiusq; p̄incipē Xenagum. In hisce singulis. cclvi. hominum manipulis homines sup erordinarij. v. habentur. Signifer. Tubicē. Ninister. Preco, Tergidux. Quadrā habere hunc ordinem formā certū est: longitudine ad. xvi. altitudineq; ad totidē. Duo manipuli p̄eachosiachiā cohortem quingentariam componunt hominum. d. xij. centuriarum. xxxij. cuius princeps pentacosiaarcha. Tribunus minor. Due cohortes quingentarie merarchia. i. cohortem miliariā faciunt hominū. M. xxiiij. cēturiarū. lxiiij. cuius p̄fectus merarcha. Tribunus maior. Due millenarie meros hoc est partē cōstituant hominū. ij. milia. xlviij. cuius p̄fectū merarcham aperte quasi pararium dicimus decuriarū. cxxviij. genus hoc ordinis non nulli telos nuncupauerunt: p̄fectūq; eius telarcha. Due partes phalangarchia phalangē simplarem consumant hominem. iiiij. milia. cxvi. decuriarū. cclvi. cuius p̄fectus phalangarcha princeps phalangis simplaris dicitur. nonnulli strategi. i. p̄tūram hunc ordinem vocant: ex strategum. i. pretore eius p̄incipē nominat. Due simplares phalanges duplarem phalangē reddunt hominū. viij. milia. cxcij. decuriarū. d. xij. Sunt qui ordinē hunc meros. i. partē appellā

DE INSRVENDIS ACIEBUS 109

rivelint, qđ mō cornu et alā diximus noīari. Due duplare
phalāges qđrūplarē phalāgē coaugmētā decuriarum. M.
xxiiij. hoīm. xvi. M. ccclxxxiiij. Sūt itaq; i tota phalāge siue
legione cornua duo: phalāges simplares quathor: partes
octo cohortes miliarie. xvi. quingentarie. xxxij. manipuli
lxiij. Cēturie. cxxvij. Centurie quadruplare. cclvi. Decu-
rie duplare. d. xij. Decurie. M. xxiiij. Optimus quisq; pre-
fectorum phalangū simplariū in prima simplari: hoc est
in dextro cornu statuitur secundus virtute in secunda hoc
est in leuo cornu locatur. tertius cū secunda in leuam ponit
mediā versus secturā. Quartus cum prima in dextrā. hic
etīā medianā versus secturām quod cum prima & quartā
prefectos habeant. Primū virtute & quartū: secunda
autem & tertia secundū virtutē & tertii pares utiq; vir-
tute suorū principiū cōstant. Nam si in quathor magnitu-
dinib; insunt proportiones aequales: quod à prima et qđr-
ta pueniat & magnitudine id esse equale quod fit à secū-
da & tertia apertum in disciplinis mathematicis est.

.xxxij.



XVI.

Prima igitur & quarta secūdā & tertia equiparant.
Partū quoq; pfecti ita ordinantur vt primus virtute in
leuo prime phalangis simplaris statuatur. Secūdus in dex-
tro secūde. Tertius in leua tertie. Quartus in dextro quar-
te. in singulis etiam decurijs quadruplariib; decuriones

ita locantur ut prime decurie princeps virtute excellat.
Quarte secundum virtutis locum obtineat. Tertie tertius
Secunde quareū, ita enim virtute pares intra se constent:
cum prima primum et quartum virtute habeat. Secun-
da autem secundum virtute et tertium. Item cum in sin-
gulis manipulis quatuor decime duplares contineantur.
Hac eadem ratione vel in his ipsis principes ordinemus
ut prime quadruplicis. Prefectus in levo ponatur et vir-
tute ceteris sit prestantior. Quarte lenum teneat cornu et
virtute secundus habeatur. Tertie in dextro constituantur
et virtute sit tertius. secunde in levo locetur quartus vir-
tutis ratione hanc eandem proportionem sive compara-
tionem vel in maioribus prefecturis serua bimus.

Phalax ii. *armati*. p. ii. p. iii. *armata*. ph. iii. pb. iii. *armata*. p. i. *armata*. ph. i.

Community Services Bureau 05078M Seafarers Bureau 05079M Ormulum Cultural Center 05080M

VALUES

• um

כלה

extra.

Trimedijs ecclesia.

century

Equífero

www.myspace.com/justinbieber

AELIANVS

Vnc de interuallis quibus armati inter se distet
n tum in longum tum in altum agemus. Differē-
tia triplex est interualli. Nam homo ordinatus
cubita quatuor occupat. Densatus duo. Conſtipatus vnum
Densatio igitur est cum ex laxioribus arctiora reddimus
interualla, atq; ita per astitē ſubſitemq; corpus phalāgis.
colligimus, et militem vniuersum facimus tum in longū
tum in latum adductiorem. Verum ita vt recipere poſſit
imutationē. Conſtipatio eſt quotiens phalanx per astitē
ac ſubſitem arctius ſe colligit. quam modo densari re-
tulimus, adeo vt ob frequentiam militis nulla vel dextror
sus vel ſinistrorsus poſſit fieri declinatio. Densatur cum
phalangē duci in hostes placet imperatori. Conſtipatur cū
hosti aggredienti r eſiſtendum in robore eſt. Cum itaq; frō
tem phalangis decuriones. M. xxiiij. cōpleant iij certe ordi-
nati cubita. iiiij. milia. xcvi. longitudinis occupabunt. hoc
eſt stadia. x. et cubita. xcvi. Densati stadia quinq;. Cubita
xlviij. Cōſtipati stadia occupabunt. iij. et ſemis. et cubita.
xxiiij. Armabitur phalanx ſuto et hæſta. Scutū optimū
qđ macedonicū eneū mediocriter Canum ad octo dodran-
tum magnitudinem. Hasta nulla cubitis octo breuior. lon-
gissima qua eatenus ſumi poſteſt quatenus tenere miles et
vti facile valeat. Decuriones vtpote duce decuriarū phala-
gis optimos eſſe oīno coenit. ita et ut ſtatura et viribus
corporis pſtatiōres ceteris ſint, et rei militaris peritiores
Hoc em iugum phalangē continent vniuersam, et in vſu
præcipuum eſt. Ut em gladius pondere ſui ferri posterio-
ris et mole acie efficaciorē pſtat. Idē in phalāge exiſtimā
dū eſſe ut p acie ac oris cuiusdā robore ipe ſit ordo decu-
rionū. Pondus aut et molē et magnitudinis additamen-
tū afferat cōſtituta in tergo militū multitudō. Curandum
quo ad fieri poſteſt ut etiam iugum ſecundū milite conſtet

DE INSTRVENDIS ACIEBV^S III
idoneo. Nam eius quoq; ordinis ista in fronte pminet, et
adiūcta priori vtilis ex propinquuo est, et vel desiderato
val sauciato decurione scđs se in parte priore cōstituēs or-
dinis in columitatē seruabit. Tertium item iugū et quā-
tū et reliqua deinceps p virtute instituemus, vt qui dete-
rior sit ijs subinde potesterior colloret. Macedonia phalāx
expugnabilis et tolerāda hostibus habita est genere suo
instructiōis et ordinis. Miles em̄ armatus vel in duobus
cubitib⁹ stat quotiēs dēsari imminēs pliū postulat. Sarisse
lōgitudo ad cubita. xiij. quorum duo manus auferunt relā
qua. xij. pminent. Itaq; fit vt scđi suas sarissas sup arma-
tos iugi prioris prominētes ad decē cubita habeāt, tertij ad
octo. quarti ad sex. qnti ad quatuor. sexti ad duo. Ab his
nulla itē sarissa primū supat iugum. Quod tum p singu-
los iugi primi sarisse quinq; aut sex pmineat species for-
midolosa existat cōsentaneū est. Miles itē firmus ac robu-
stus cōstat quinq; sexq; sarissis obseptus, et tot tantisq;
fultus innixtusq; facultatibus cōmilitonum. Quin etiam
post sextū positi sint iugū. Et si minus sarissis agū tamē
pōdere sui corporis pminent augēt vires totius phalā-
gis et facultatē, nec fugiendi vllā ducibus et prestitibus
relinquunt occasionē. nonnulli hastam posterioris militis
longiorem q; prioris sumi iccirco voluerunt, vt etiā q in
tertio et quarto iugo locati essent spiculis suis pari fronde
hostē possent excipere. Tergidux supordinarius singu-
lorū ordinū prudēs peritusq; esse debet, q; puidet et p
turet quēadmodū milites ordinis totius versent inter se
atq; iungent, et recedentes vel metu, vel aliqua alia causa
phibeat, et restitui cogat in ordinē, at etiā cum constipā-
dū sit cōpellat militem cogatq; si usus exigit in arctum q
maxime adduci. Ita em̄ fit vt vires et robur phalanx ac-
cipiat. Quas ob res non modo in fronte verū etiā in tergo.

AELIANVS

legionis principem & ducem aliquem statui necessarium
ducimus. Hæc de curatione armatorū phalangis dixisse sus-
ficiat. Nunc de velite. Instruet imperator suum velitē pro-
paratu ex consilio hostium, modo in fronte, modo in dex-
tra, modo in leua, nonnunq. etiā in tergo, videlicet quæad
modū res vsusq; exigit. Nos exēpli gratia sic instruimus.

Ecurias quoq; in ordine velitū statuemus. M.
d. xxiiij. videlicet totidē quot phalanx cōtinet ar-
matorū, vt sub prima armatorū decuria pri-
ma velitum ordinetur, & sub secundā secunda & dein-
ceps sub singulis singule constituatur. nō tñ ex. xvi. homi-
nibus has instituemus, sed ex. viij. ita vt. M. xxiiij. decuriae
compleant hoīm. viij. milia. cxcij. Nomina eorum & ordi-
nes ita accipe. Quatuor decurias velitū sistasim id est con-
stitutionem vocamus hoīm. xxxij. Duas cōstitutiones pen-
thecontarchiam semi centuriā dixerim hominum. lxiiij.
Duas semicēturiās centuriā hoīm. cxxvij. Inesse singulis
centurijs debet subordinari qnq;. Signifer. Tergidux. Tubē-
cen. Minister. Præco. Duas centuriās psilagiam aduentis
velitibus quasi velitariam, vel expeditariam nominamus
hoīm. cclxvi. Duas velitarias xenagiam à mercenario mi-
lite velut mercennariam dicimus hoīm. d. xij. Duas mercē-
nariās sistema tanq; constitutoriam appellamus hominū.
M. xxiiij. Duas constitutorias epixenegiam cui ad mercen-
nariā hoīm. ii. milia. xlviij. Duas ad mercennarias stiphus
hoīm. iiiij. milia. xcvi. Due stiphe epitagma velut additam
legionē decuriarū. M. xxiiij. hominum. viij. milia. cxcij. in
his quoq; sup ordinarios. viij. inesse solitum est, quorum-
iiiij. Epixenagiboc est duces siue principes. Ad mercenariē
illijs habentur reliqui. Sistematharche p̄ficiunt principes
seu præfecti eius quā constitutoriā interpresamur. Lacula-

tores sagittarij & omnes q̄ aliquo teli genere vtant̄ vtilis
les ad eā rem constat ut praeliū exordiātur hostem p̄
nocent, feriant, saucient eminus & p̄sternant. Fundans
aciem: repellant equitē, cogant aduersarium p̄cursantem
loco cedere, explorent, perlustrent quae loca suspecta, loca
insidias: hi deniq̄ & primum certamen subeunt & una
cum ceteris pugnant. & q̄q;ceteri desierunt ipsi p̄seuerat̄
in dimicazione. oīno genus hoc militum cū operā p̄stet ce-
leriōrē agat̄ eminus multa efficere potest & p̄clarat̄.

De Acie Equestrī.

Quatuor acies auctores superiores aut quadratae
aut parte altera lōgiores aut Rhōbi cunei ve-
rentes speciem tradidere. Sed nemo suā fere sa-
tis expræssit sententiam. Quādōbrem nos descriptione etiā
figurarum formas explicabimus acierum ipsas quo pos-
sint facilius percipi. Aciebus ad Rhōbi similitudinē forma-
tis theſſalos primos vsus cōperimus q̄ plurimum equitatis
valuerūt. Iafone (ut ferunt) auctore generis huius aciei ut
pote ad omnīs vsus accōmodatioris equites enim constitui-
ti in hac forma vertere sese in quēuis prospectū possunt,
minimeq; vel à tergo vel à latere capient. Quippe tu p̄-
stantiores Rhombi latera teneat & principes angulos re-
gant. Stat enim in priore angulo turme ipsius p̄fectoris,
in dextro autem & sinistro qui custodes vocantur lateris
statimuntur. In reliquo vero angulo ducem, seu ductorem
tergi lōmri solitum est.

AELIANVS

Rhombus.



Vnde tis scythe vtuntur & thraces. Qui n etia
Macedones vsi sunt suadete rege philippo. Effi
caciis em genus id arbitratu est qd quadratum
ob ea s rem qd suos principes circupositos habeat, & frō
te exigua costet & equitadi usum p qdlibet interuallū fal
cale pbeat regressuz et pgressu celeriore. Quippe qd minus
difficiles illos circuit9 habeat quos qdrate acies sortiunt. qd
phalanx cuneata.



seruare

seruare multis in rebus præstantius. Nam ex instructio-
nem per versus ac iuga ordinetur, occurrit facilior
ex principes in hoc uno formâdi genere hostem vniuersitatem
aggreduintur. Optime inter quadratas habentur quæ dupli-
cata in longum q̄ in altum numero cōstent. Exempli gratia,
viii. in longum, quatuor in altum. aut, x. in longum. v. in al-
tum. quæ numero parte altera longiores cōsistunt, figura
autem seu forma quadra instituuntur. Et enim longitudo
equi à capite ad caudam respectu sue latitudinis plures eas
habere debet qui per iuga ordinentur q̄ eos qui in versus
se porrigit. Nonnulli triplicem esse lōgitudinis numerum
ad altitudinis p̄bant scilicet ita arbitrantes fore ut qua-
dra forma efficiatur. Triplicem enim prope modū longitu-
dinē habere ad suorum armorum latitudinem videmus.
Quapropter cum nouē in fronte statuat, tres in latum cō-
ponunt. Haud enim fieri potest ut equitum multitudo po-
steriorum eandem præstet utilitatem q̄ in pedestribus co-
pijs vbi scilicet pone renitentes primo rem cōtinēt altitu-
dinē. Equitum namq; omnium numerus corpus pondusq;
vnum cōsistit. Itaq; sit ut si posteriores prioribus iuncti re-
nitantur nihil suo impulso proficiant. Immo una cū alijs
labantur ex perturbatis ordinibus grauius suo errore q̄
virtute hostium versent necesse sit. Quāobrem ita euénit
ut quotiens equestris longitudinis numerus eque ex alti-
tudinis constet numerus ipse quadratus sit. Forma autem
altitudinis parte altera longior. Ast quotiens turme for-
ma quadrata est econtrario euénit ut equitum numerus
parte altera longior existat.


Phalans Quadrata.



Hombi formā omnium maxime necessariā venisse in usum creditur, eo quod p̄ceteris oībus constituto p̄fecto turme eq̄tes qui in lateribus ordinantur nō ex equo suo illi p̄fecto iungent sed ita subiiciuntur ut eorū capita iuxta armos equi p̄fecti apponantur. Interallisq; inter se iustis eq̄tes tū dextri tum leui tū etiā posteriores discernantur, ne frequentia turbet ordinē cū equi immittiores in proximos sibi equos cōuersi calcitrent & militibus vulnera infligat. Auctores aut huius generis aut ita disponunt ut equites & versent & iungent, aut ita ut versent quidem sed non iungent, aut ita ut iungent sed non versent. Quae singula quemadmodum se habent dicam. Qui Rhombos simul & versare & iungere voluerunt medium & maximum iugum turme numero impari statuunt, vt. xi. aut. xiiij. aut. xv. cui ex parte vtrāq; priore inquam posterioreq; adiungunt binario primis illis pauciores, verbi gratia si maximum illud iugum equitibus constet. xv. addita iuga vtrinq; denis aut ternis componunt & quae item post hæc vtrinq; adiungunt deñis singulisq; conficiunt, atq; ita binario subinde pauciores adiiciunt dum singuli relinquuntur totaq; turma equitibus consumetur. cxiiij.



Hombum dimidiatū & iam transformatū in triquestrum. Cunei seu rostrū vocamus. Quapropter cunei quoq; forma perinde explicata īā est, quod aciei genus cum suum mediū exiens in acutum & motum facile quorsum velit sortiatur expedite ad modum vel molem posteriorem sua cum frōte circumagit et celeriter potest immutari.




Liū ita instruxere ut equites qui rhombum consicerent neq; versarent neq; iugarent. Ita enim & cōuersiones & trāsitiones equitum possefa cilius fieri existimarūt cum nō ante, nō post, non à latere quicq; impediret. Statuit primum præfectum turme, mox ad eius vtrūq; latus adiungūt singulos loco submissiore, ut qd dictū iam est qd ita innitorum equorum iuxta armos

AELIANVS

prepositi equi ordinetur. Et primus ordo qui duo latera
 rhobi contineat numero ipsari. xi. æqtibus constet pfecto mea
 dio constituto. Quinis autem in utræque partë suppositis. Dein
 de iugis principi post turme totius prefectum collocat. Tu
 in eius partë utræque simili ratione quaternos subiiciunt.
 ut totus secundi ordinis numerus nouenarius sit binario
 minor priore: et quasi duo eque distantia latera duobus
 illis rhombilateribus primis constituantur. Mox tertium
 septenario describunt: atque ita subinde binario diminuen-
 tes in unum usque deueniunt. Et hec turma equitibus constat.
 xxxvi. Hoc genere Polibius utitur: sed numero hominum
 lxiiiij. et forma litere deorsum inuerse.

λ




Sunt que ex versantibus quidem sed non pterea ex
 iugatisbus constent: que ad hunc modum constitui-
 tur. Versu aliquot equitibus instituto quorum
 primus prefectus sit turme. Ultimus autem tergiductor in
 eius latus utrumque versus alios numero hominum unitate
 minores disponens: qua eques per interiecta intervalla de-

DE INSTRVENDIS ACIEBUS 115

stat ab equite. Quod si in primo decem sint equites
vterq; appositus nouenis constabit, & tertij octenis, atq;
ita numerus subinde decrescit, dum in vnum deueniat: sic
enim fieri potest vt equites inter se versent quidem sed no
iugent. Vtile genus quoq; id disponendi est ad declinatio
nes quas agi in vtrilibet latus solitum est.

Turma ex versantibus.



¶ Si turma ex iugantibus quidem sed non
ex versantibus consistere debeat in hucmo
dum disponens medium & maximum
iugum numero constitues impari. Cetera autem subinde
per media interalla adiunges quemadmodum in supio
re turma proposui, atq; ita efficietur vt turma ex iuganti
bus tantum consistat.

p. iii

AELIANVS

Turma

ex iugantibus.



Vrmas vario modo vt etiā leucē armaturā stātūmus: aut enim ante phalangē aut in laterē aut post lemē armaturā: sed nos describēdi exē pli gratia post leucē locauimus. Et prima equitibus constet. lxiij. cuius primū iugū equites cōpleteant. xv. sc dñm. xiiij. ter tū. xi. eꝝ reliqua subinde binario vſq; in vnū decrescant. Signū is feret qui in secūdo iugo à leua principi iugi astat. Omnes turme numero. lxiij. statuetur equites. iiij. milia. cxvi. Due turme Epilarchiā hoc est turmā duplare consti- tuūt equitū. cxxvij. Due duplares Tarētinā reddunt eqūtū. clvi. Due Tarētine magisteriū equitū. d. xij. Duo magiste- ria Ephipparchiā duplare magisteriū equitum. M. xxiiij. duplicatum duplare magisterium telos equitum. ij. milia xlviij. Duplicatiū telos epitagma. i. summā ordinis siue ag- minis facit eqūtū. iiij. milia. xcvi. Explicate iā sunt varie sen- tētie veterū quēadmodū turme istruant̄, sed qm̄ in his ma- gnā differētiām esse cōstat nō sine delectu vii debemus: sed

quotidianis exercitijs s̄epius experiri genera instruēdi singula. Itaq; secure in prælijs quod facilius cōmodiusq; probetur admittere officiū est. Quid enim stultius q; cū ministris de rebus homines diligēter ingrānt: ambigant: p̄scrītentur de his tam amplis tam necessarijs non ante periculum facere accuratissime velint q; certamina subeāt. Quod tamen genus turme probaueris id licet & augere numerō hominum & minuere.

d F curuū & elepbantorū institutione q;q
vſus eorum rarus est: tamen doctrine gra= tia plenioris exponā nomina: qbus aucto= res supiores vſos cōperio. duos currus zi

garchiam idest parilem vocant. Duas pariles coniugatio= nem. Dua coniugationes episizgarchiam. Duplarem cō iungationem duas duplares harmatarchiam curulem. Du= plicatam curulem cornu. Duplicatum cornu: phalangē. Plus ribus uti phalangibus currū licet vocabulis iisdem q; mo do exposui. Curribus autē ipſis aut expeditis aut falatis vſos cōperimq; ordīe elephātorū q; vni p̄est elephāto. Zoar chus ab animalis prefectura vocatus est, qui duobus impe rat. Terarchus à fera quasi ferarius: & constitutio talis terarchia feraria. Qui quatuor dominatur epitherarchus duplaris ferarius: & hec cōstitutio epitherarchia, dupla ris feraria. Qui octo prefectus est ilarcha hoc ē turme pri ceps: & cōstitutio ista ilarchia turme prefectura. Qui sex decim preest elephantarcha. i. elephantorum prefectus & constitutio elephantarchia prefectura elephantorum qui triginta duobus imperat ceratarcha. i. cornu prefectus & constitutio ceratarchia cornu prefectura. Quod autē ex. lxiiiij. constat id phalangē vocamus elephantorum cuius prefectus. Elephantarcha vocatus est.

AELIANVS

Enera perfectarū copiarū & nomina con-
stitutionū & ordinū exercitus omnia in hūc
modū notata anim aduertimus. Vocabula de-
catero que in pceptis versantur explicasse utile est: vt iam
pridē milites quid quodq; significet certiores facile q; per
aciē imperātur intelligere possint & facere. Est quod de-
clinatio appelleatur cuius duplex est genus: aut enim in ha-
stā aut in scutū. Immutationē itē dicimus & cōversionem
& reuersionem & inflexionē. Ad hec versare, iugare red-
dere in arrestū, euoluere, duplicare. Addo inductionē dex-
trā deductionē Leuā deductionē. Phalangem trāuersam,
phalangē arrestā, phalangē obliquā. Intercalationē: ppo-
positionem: impositionem: suppositionem: postposi-
tionem: appositionem. Quid quod eorum significet bre-
uiter exponam. Nec ignoro non apud omnes auctores
pcepta eisdē esse nominibus tradita. Declinatio est motio
militū singulorū cum vel in hastā: hoc est dextrorsum sese
cōvertunt: vel in scutū: hoc est sinistrorsum. Quod cōmode
agitur quotiens hostes existūt à latere cornu: utiq; superā
di aut aduersi itineris gratia: aut ob aliquē vsum aliū quē
admodum singulis in rebus ostendam. Duplicata autē de-
clinatio partem versus eandē ora militis in hostilem à ter-
go conatum transfert. Que res immutatio dicitur: et vel
in hastam vel in scutum fieri solita est.

d

d

ʒ

ʒ


p

p

Iscrimen duplex notatur immutationis. Aut
d enim ab hostibus aut in hostes immutantur.


Quāobrem immutationem ita definiunt, ut
prioris aspectus translatio sit in aspectum posteriorē: hoc
est tergi autecōtrario. Immutatio igit ab hostebis in hastā
milite declinante efficitur. In hostem autem bis declinatē
in scutum fieri assolet. Conuersio est cum densatis copis p
astitem substitēq; lotum phalangis corpus tanq hominem
vnum vel in hastam vertimus vel in scutum. Ita ut circa
primum decurionem velut centrum omnes circunagātur
atq; in locum priorem immutant ita aspectum dextrum
accipiāt singulis substitibus & astitibus loca seruantibus
suo hoc modo.

Discrimen.




Euersio est conuersionis restitutio in eūdem
r locum quem ante copie densa instructione ob
tinebant q̄ conuersio fieret. Inflexio est mili-
tum ex duabus conuersionibus motio ita ut locū accipiant
posteriorem.

AELIANVS



d Eflexio est militum ex tribus conuersionibus
motio ita ut si ad hastam agantur transeat in
leuum aspectum: si ad scutum in dextrum.



v Ersare est singulos sua in decuria è directo de
curiōi et tergiductori cōstare equa inter se se
cōseruātes interualla. Iugare est singulos sua
in decuria è directo suo astiti stare seruātes simili modo in

terualla. Iugant ergo pfecto prime decurie omnes decurias
rū pfecti. Astitivero primi pfecti astitis cæterorū omnium
principū ac deinceps ad hunc modū. Reddere in arectū est
militis ora ad primū aspectū restituere. Verbi gratia si mī
les aduersus hostes cōstitutus im pereū declinare in hastā.
Deinde p̄cipiat in arectū restitui rursus in hostē conuer
ti aduersumq; stare oportebit. Euolutionū duo sunt gene
ra alterum per decurias: alterū per iuga. v trūq; in tres di
geritur species. Macedoniam. Laconicā. Choreū: que
¶ Persica & Cretensis nominatur. Macedonica est que pri
morē phalangis locum cōmutat: & frōtem in tergū aspe
ctūq; posteriorē tradit. Laconica est que locum phalangis
posteriorē cōmutat & pari rōne relitto priore aspectu su
mit posteriorē tergumq; efficit frōtem. Persica illa quā et
Cretensem & Choreū diximus nunc pari locum eūdem
seruat phalangis militibus singulis commutantibus sua
loci: ita vt prefectus decurie locum tergiductoris accipiat
& tergiductori vicem prestet decurionis: fronsq; ex ter
go aspectu posteriori reddatur. Euolitiones per iuga fieri
solent quotiens cornua trāsserri ad intercisa sine secturas
& intercisa ad cornua melius est: vt medie copiarum par
tes corroborentur: et aut dextre per leuas: aut leue per dex
tras reddantur validiores. Qui ne per maiores exercitus
partes faciant euolitiones cauent hoste propinquō. Per mi
nores ordines eas securius faciunt. Quemadmodum autē
euolui oporteat, dicam. Euolutio per versum que nomen
a macedone accipit fieri solet: cum decurio locum immu
tat & postpositi omnes conuersi de hasta sequuntur.
Intervallisq; hisdem seruatis consistunt per ordinem. Ge
nus laconicum agitur cum decurio immutatus de hasta
vniuersam decuriam transfert: & locum sibi parem
alium accipit: & reliqui omnes sectantes recto se con

AELIANVS

stituit ordine et aptat, aut cum tergiductore immutantur. Primus subsistens cōuersus de hasta anta ductore se colligat: ceterique omnes sectantes alter se se p̄ae altero ponit donec p̄fectus decurie primus constituantur. Chorus ita fit ut decurio de hasta mutatus decuriam antecedat et ceteri oēs sequantur. Dum ipse p̄fectus locum tergiductoris accipiat et tergiductor p̄fecti ita per decurias euolui soli tū est. Quo eodem more per iuga quoque euoluimus quotiens per ordinem euoluendū sit, ut quilibet ordo aut locum seruans eundem euoluat, aut dextrorum sum sinistrorum ve trāseat. Nihilo enim secus quam modo retulimus agi oportebit. Duplicandi duo sunt genera. Aut enim per iuga. Aut per altū duplicamus. Vtrumque vel numero fit vel loco. Numero duplicabit longitudo si que. M. xxiiij. militibus constat. M. M. xlviij. reddatur in sertis et substitibus altitudinis in militū interualla eodem quē longitudine occupat loco. Qd facimus quotiens densare longitudinem placet. At ubi restitueretur placuit euolueret sua in loca iubemus eos quos iseruimus longitudini. Sed sunt quæ genus hoc duplicandi improbent per sertim hoste per in quo Expeditasque copias atque etiā equites cornibus iungi. Itaque speciem dari duplicationis sine duplicandi accessione censeant. Duplicanda est longitudo quoties aut superare cornu hostium volumus, aut ne nostrum superetur auemus. Altitudinem duplicare solemus vel addita secunda decuria prime ita ut secunde p̄fectus pone prime p̄fectum proximus collocetur, secundus secundæ: quartus prime constiuitur et tertius secundæ: sextus prime ordinetur: ac deinceps ad hunc modum, ut tota secunda decuria prime inseratur et quarte simili ratione in tertiam, et omnes numero pares decurie in impares; vel his eisdem decurijs paribus per euolutionem adiunctis tergo imparium. Aut igitur ita duplicanda est altitudo aut numero

DE INSRVENDIS ACIEBUS 119

eodem seruato milites se se longius porrigen quatenus suum
versum et spaciū altitudinis duplicant. Cū aut restitui op-
portuerit, at interiectos adiunctos uetergo milites illos in-
suas decurias reuocabimus aut spacia coartabimus queq; in-
terualllo auximus laxiore.

Ransuersa est phalanx que longitudine multo
productiore constat qd altitudine. Arresta est qd
per cornu progreditur longe productiore alti-
tudine constans qd longitudine omninoq; plus longitudinis
qd altitudinis habeat oblongum id consueuimus nominare.
Arrectum vero edirecto quod plus altitudinis qd longitudē
nis habeat: quo circa phalangem quoq; interpretari licet
his eisdem nominibus. Oblqua est que alterum cornu qd
libuerit propinquum obijciens hostibus eoq; decertans al-
terum semotius teneat manens aggrediendi opportunita-
tem. Intercalatio est cum interuallis præpositi militis inser-
mus per directum aliquos ex his quos postponi placuerat.
Præpositio est cū vel ex vtraq; pte aciei velex altera tantis
fronti proponimus aliquos ratione auxiliij. Impositio eſe
cum leuem armaturam interuallis alternatim phalangis
totius inserimus. Postpositio seu subiectio est cum leuem ar-
maturam phalangi incurue postponimus ita ut forma om-
nium copiarum porte triplicis speciem præfecerat.

Equitur ut quemadmodū ordines conuerti ex
suo loco sueq; instructioni restitui debet doceā-
mus. Cum itaq; ordines conuerti in hastam
affluescere volimus præcipitur decuriam dextri extremi
quietescere. Cæteras omnes per singulos declinare in hastam
dextrorumq; procedere. Tum reddere in arrectum. Dein-
de iuga posteriora colligere atq; ita densato milite conuerte-

AElianuſ

in hastā. Quo factō ſi reſtitui ſuum in locū placuerit, videā
mūr imutari ad ſcutum, hoc eſt quēcunq; in locū vergere
auerſum tum ordinē totum reuerti, hoc eſt quēadmodum
milite obdensato cōuersus ſpectauit dextroſum: ita totum
transſerri in locū, vnde conuerti incepat. Mox decuriones
quiescant reliqui p̄cedant per iuga. Deinde imutent̄ vt ver-
gant quorsum principio ſpectabāt tum decuria dextri ex-
tremi quifcat. Hęc em̄ ſuū iam obtinet locum. Reliquę oēs
ad ſcutum declinent & procedētes reſtituātur. Ad poſtre-
mum ſurſum præcipit. Itaq; ſuū quisq; recipit locū & ſer-
uat. At ſi cōuertere ordinē ad ſcutum velimus præcipit de-
curiam leui extremi quifcere reliquos oēs declinare i ſcutū
finiſtroſumq; procedere, tū reddere in arreſtū. Deinde iu-
ga posteriora colligere mox ad ſcutū conuerti vt iam aſtū
ſit quod voluerimus. hinc ſi reſtituere placet, nō ſecus q̄ il-
los in hastā cōuersos reſtituemus. Quippe q̄ rurſus quēq;
in hastā imutari præcipiamus. Deinde ordinē reuerti mox
decuriones quiescere & reliquos omnes procedere per iu-
ga, tū immutari poſtmodum decuriā leui extremi quiesce-
re, vtpote ſuū iam locū obtinentem reliquas declinates in
hastam procedere dum iusta recipiat interualla: ad poſtre
mū reddere in arreſtū atq; ita oēs ſuum locū recipient. Si
autem inſlectere ad hastam placuerit duas ſimul cōuerſio-
nes ordinis faciemus. Itaq; efficietur vt decuriones à pſpe-
etu aduero in aduersum per ordines immutationem trāſ-
eant. At cū reſtituere volumus precipitur item ad hastam
inſlectere, hoc eſt duas item conuersiones ibidē ordinibus
dare. Ita enim fit vt eodem ſpectent decuriones quorsum
principio conſtituti ſpectabant anteq; vlla inſlexio fieret.
Hęc cum fecerimus decuriones quiescere præcipiemus: reli-
quos immutatos iuga relaxare posteriora, tum rurſus mu-
ti & ordinis poſtremam decuriā dextram quiescere.

Iam enim hec suum in locum restituta est: reliquos declinare in scutum procedere & suis interuallis restituiri mox reddere in arrectum. Itaque ordines primum suumq; locum recipient. Sed si inflectere ad scutum velimus præceptis utemur contrarijs, hoc est his inflecti in scutum quo facto restitutionem agemus, quod ex his quæ modo exposui apertum iam est. Deflexio agitur cum ordinem ter partem versus eandam conuertimus, hoc est aut in hastâ aut in scutum facit porro inflexio in hastam ut militum ora transferantur, à parte primore ad posteriorem. Deflexio autem facit ut à primore vel ad leuam deueniant vel ad dextram, nam si ad hastam deflectitur in leuam transfertur, si ad scutum in dextram. Si phalangem densari cornu versus dextrum placuerit præcipiemus decuriā cornū dextri quiescere, reliquas autē declinari in hastam atq; in dextram colligere. Tum reddere in arrectum & iuga posteriora colligere. Cum autem restituere libet quiescere decuriones reliquos immutari, & iuga relaxare posteriora Deinde rursus mutari mox decuriā cornū dextri quiescere. Iam enim restitutum in dextro est: reliqui ad scutum declinare suosq; duces sequantur & primis interuallis receptis reddat in arrectum. Si autem cornu versus sinistrum densari phalangem libuerit præceptis econtrario utemur. Medium item phalangem si densari placheris præcipiemus dextram duplarem phalangem declinare ad scutum, leuam ad hastam tū procedere mediā versus phalangem, mox omnes reddere in arrectum: iugaque posteriora colligere. At si phalangē primis instituere locis velimus, p̄cipitur imutari & per iuga procedere: excepto primo tū oēs rursus mutari, & dextrā duplare phalangē declinare in hastā: leuā autem in scutū. Mox sectari suos dum stores donec ad prima deueniat interualla. Deinde redde-

AELIANVS

Re in arrestum sed quoties immutatur si per densationem agitur erecta teneri spicula oia ne impediatur conuenit. Iis eisdem exercitiis ac praceptis leuis quoque armatura instituenda erit diiendaque est. Sunt certe pracepta haec imputationum. Conuersione. Inflexionum. Evolutionum et restitucionum utilia ad subitos superuentus: quos vel a latere vel a fronte intulerint. Macedonicam evolutionem. Macedones inuenisse proditum est. Laconicam ad Lacedemonios referunt auctores. quo circa ita nucupari meruerunt. Philipum tamen qui macedonum imperium auxit et grecis apud cheroneam pfligatis grecie imperauit, ac eius filium Alexandrum qui breui Asiam in suam ditionem rededit, Macedonicam neglexisse evolutionem legimus: ut nisi summa vtcidi necessitas cogeret' nunquam vterentur Laconice vsu vtrumque aduersarios deuicisse ferunt. Datur enim Macedonice vitio. quod hoste repete a tergo superueniente non sine magna turbatione ageretur. Nam cum posteriores conuerterent se in locum priorem et recte haud quam fugi dissimilem fecerent. hostes audacie res reddebantur. et iam milites qui ita euoluisse deterrere ac psequi poterantur. Laconica certe econtrario agit. Vbi enim duces una cum sequente milite verterunt se obuios in hostem a tergo superuenientem terrorrem inferre nimium possunt et turbationem. Sed assuefactio sunt copie, tam pedestres quam equestres, partim voce, partim signis, quae visu percipi valeant utrè apte ac oportune quam quisque exigat usus possint expedire. Nonnulla etiam turba percipi conuenit. Ita enim plenius oia ministrabuntur. Ceteriora sunt ea quae voce indicantur, nisi quid sit impedimento. Sed tranquilliora que signis mandentur videlicet cum res nulla est quae obstat atque obscureat. Vox autem percipi interdum non potest, aut propter armorum sonitum, aut propter equorum transitum et hinnitum: aut propter impedimentorum tumultum, et totius multitudinis strepitum.

Sigis

Signa quoq; multis rationibus obliterari possunt ac eu-
nescere, nam ex crassitudine aeris, ex puluere excito, ex
bymbre: ex solis splendore opposito. Ad hanc locorū inequali-
tate ex frequentia arborū. Adde q; interdum fieri non
potest ut signum ad unum quēq; usum præparemus: cum
longe plura possint occurrere quā quibus assuefacti sint
milites. Novis autem rebus quid nam consueti signi affera-
tur. Non tamen concidi ita potest ut preceptum simul ex
vocis ex signi incertum sit.


De itineribus.

Vnc de itineribus dicā si ante quot modis expe-
diri solet iter diffiniā. Itinerū aliud arresta in-
ductio est, aliud deductio, aut dextra aut leua.
Ex aut simplici aut duplici latere aut triplici aut quadru-
plici agminis procedet. Simplici cū ex parte una aduersariū
aggressurum suspicamur. duplici cum ex duabus, tripli-
ci cū ex tribus, quadruplici cū vndiq;. Vnde fit ut iter aut
simplici phalange agatur, aut duplici, aut triplici, aut qua-
druplici. Arresta inductio est cū ordo ordinē sequit. Ver-
bi gratia, cū vel Xenagia p̄cedente reliquæ sequunt̄ xena-
gie, vel quadruplare m decuriā relique ordinatim sectant̄.
Itemq; agitur per cornu altitudine lōge productore q; loia
gitudine nec pluribus q; duabus decurijs hoībus denis com-
positis cōstet ordo. Hnic opponitur genus aciei quod Celē-
bosum q; si rostrū canū noīamus q; d ita instruit ut duplia
te phalagis p̄cedētia cornua inter se distēt sequēti iungant̄
ad formā litere. V. sicut descriptio ostēdit. Quae ut primos
disiectos ita iunctos iter se habet ultimos. Cū enim arresta il-
la inductio mediū aduersariorū petat. habet id canū rostrū
in propria ut soluta coiunctione extremorū ipetum copiarū

AELIANVS

primarū frustet, lateraq; inuadat arreste inductionis ini-
mici. Quin etiam triplex phalanx obijci huic eidem gene-
ri ita potest ut vna alterius cornu impugnet, secunda reli-
quum cornu aggrediatur, media & tertia impetum ma-
nest & conflictum.

Arresta inductio.



Edictio est cum phalanx suos duces hoc est de
curiones aut parte dextra habet deducentes, q̄
dextra deductio dicitur, aut leua q̄ deductio le-
ua nuncupat, nō item p decuriā sed per iuga ambulās cor-
nu præposito & latere instructa, aut duplici, aut triplici,
aut etiā quadruplici prout hostē existimet aggressurū. Sed
quasi utraq; phalangis pars suo latere conflictū ineat pri-
mū, ita describatur ut longitudinem triplicem q̄ altitudi-
nē habeat. Frons em̄. x. altitudo tribus cōstat hoībus. Quā
obrem miles non tantum ex directo verum etiam ex late-
re aggressus conflictum tum excipere tum inferre nimis
rum per exercitationem debet condiscere.

Arresta deductio leua.

Arresta deductio dextra.

	d d d
	d d d
F	d d d
r	d d d
o	d d d
n	d d d
s	d d d
	d d d
	d d d
	d d d
	d d d

	d d d
	d d d
	d d d
E	d d d
v	d d d
o	d d d
n	d d d
s	d d d
	d d d
	d d d
	d d d


Halanx quæ antistomus à dupli frontis seu
 oris obiectu quasi occeps vocata est, ita instruit
 vt medijs tergis iter sepe oppositis conficit. Extre-
 mi autem configitant cum aduersarijs. Per utilis hæc pede-
 stribus copijs est: cum aduersus largā hostium equestrem
 copiam dimicat, melius enim resistunt circumvencionis &
 multiplici equitum invasioni. Valeat hoc instruendi genus
 potissimum contra barbaros, qui loca histro amni vicina
 incolunt, quos amphippos cognominat à mutatione equo
 rum: ex alijs enim equis in alios transilire consueverunt.
 Equestris que opponuntur copiæ forma constantes qua-
 drata in ordines duos parte altera longiores pro vſus ne-
 cessitate diuise sunt, vt totidem membris phalangis pedi-
 um bipartite obijciantur.

Phalax Occeps.




Halanx amphistomus nomen à duplice fronde siue ore in lateribus instituto acceptum est ita ut latericeps quedam & aniceps possint nominari. Similis superiori occipiti est preterquam illa suis extremis decertat hec suis lateribus dimidiat. Cætera vero que de superiore exposui huic quoque conuenient omnia hastis longioribus tam hec quam superior illa pugnat more Alanorum & Sauromatarum. Spectat decuriarum dimidiū in partem priorem reliqui conuersi sunt in posteriorem itavt dimidiati milites oppositis inter se tergis prælientur fronte duplice: altera priore quam decuriones conficiant: altera posteriora quam tergidoctores: cum etiam in duplarem phalangem copie diuidi possunt, ut frons prior altera constitutatur phalange posterior altera constet.

Phalanx ancepſ.



Halax duplaris Antistomus: hoc ē occeps nūcū
 p patē q suos duces nō extra p deductiōes sed itūs
 aduersos iter se positos hēat. Tergi aut̄ ducto-
 res extravidelicet i dextrā lenāq; deductionē distinctos. For-
 ma hec iſtrui solet quotiēs aduersarij eq̄tes forma roſtri
 aggrediunt̄. Cū em̄ roſtrū exeat in mucronē, ducesq; sequē-
 tes de latere habeat: tētātesq; frōtē copiarū pedestriū rūpe-
 re ne id eueniat duces peditū in medio stat ut ipetū aduer-
 sariorū vel impediāt vel in re infecta faciat pterire. Quē
 em̄ roſtro iſtruſti aggrediunt̄ ea ſpe ſunt ut medios acies
 pfligāt oēſq; turbēt copias. Qd cū principes copiarū pede-
 striū intelligāt veraq; ex parte ſe veluti murū cōſtituat:
 & paulo inter ſe distātes: vergētesq; ad locū penitiorem
 impetū irritū reddūt aduersariorū. Genus id iſtruēdi eq̄-
 stre qd roſtrū dicimus. Philippū regē Macedonū inueniſſe
 ſcribitur. preponere ille strenuos oēſ solebat ut eorū virtus
 te miles quoq; deterior cōtineretur: opisq; vna cum pre-
 ſtantioribz proſequeretur more ſpiculi aut ensis: cuius
 acie p ſua ſoliditate ſuoq; acumine facile trāſigēte reliquā
 etiā ferrū q̄q; hebes nō ſine effacia penetraret.


Phalanx duplaris occeps.




Rostrum equestre.

Phalanx duplaris Peristomus seu Amphistro-
mus id est latericeps siue anceps illa est cuius
partes per deductionem cornu proposito oblique
procedant et dextra habeat et leua tergiductores itus.
Cum enim aduersa acies quadra dividatur in duo obliqua
cornua dextrum et sinistrum: cupiens aciem hostium si-
milem circumuenire: hac de causa: qui circumuentum sibi videt
imminente in duplarem mobilem phalangem sese affor-
mant: et partem sui alteram in levum dirigunt cornu:
alteram vertunt in dextrum. Vnde nomen peristomi: hoc
est latericpis genus id accipit. Quippe quod latere suo
utroq; frontem spectantem in hostem habeat.


Phalanx duplaris latericeps.



Amphistomus.



fons.




Similiceps.

Halax homeostum? à similitudine horis seu frō
tis noīata quā similicpitē appellariū ita fit: vt
decuriā pfectā hoc est hominū. xvi. monētem in
hostē sequat̄ alia similis: vnde Homeostomus dicta est. Nā
et q̄ sequunt̄ simili frōte et forma comitāt̄. Opponiē huic
gñi aciei qđ pl̄thiū à latere vocant: quē si placet Laterulū
dices. Ordinat̄ id gemis tā forma q̄ numero eglaterū. For
ma inq̄ cū vndiq; equalibus cōstet spacijs. Numero autem
quot hominibus longitudo cōponatur totidē etiā altitudo.
In hoc eodem ordinis genere omni ex latere armatos ap-

AELIANVS


poni solitum est nullo vel sagittario vel funditore adiun-
cto. Conficitur hic laterulus ex duabus dimeris. decuria
nāq; dimidiū dimeria dicimus. Cū em̄ decuria sex cōstare
hoib; debeat. Dimeria octo cōstat. Bipartia id ī terpreteſ
ſi placet quoad melius vocabulū inuenerimus.

Phalanx ſimiliceps.



Halax duplaris Homeostomus est: cum partes
equali p̄gredientes itinere aut in dextra dedi-
ctione amb e continent ſuos duces aut in leua.

Duplaris ſemiliceps.



DE INSTRVENDIS ACIEBUS 125

Phalanx Heterostomus à frontis diueritate ap-
pellata quam Versipicē dix erim ita instruit ut
abulās per inductionē duces ordinis pcedētis ha-
beat: ut sit index extra deductione, sequentes autē in leua ita
ut ordines alternata principū locatiōe pcedat. Nullus em-
codē latere suos cōtinet principes quo antecedens.

Phalanx versiceps.




Vrmā que ad speciē omni instruitur Ileon thessa-
lus excogitarat: unde ile vocata est: suosq; thes-
salos eo ipso gñe instrucēdi exercuit. Vtile hoc
est cū singulis suis angulis singulos habeat principes. Pri-
mū Ilarchā hoc est turme pfectū . vteimū tergiductorem.
Vtrinq; autē lateris custodes. Opponit huic acies: q forma
lune cornibus in partē ductis priorē formet. Ducesq; suis
in cornibus habeat eī suis brachijs circūuenire aduersas
equitū copias tētet. Quādōbrē ille more Tarētinorū à longe
iaculātur circularē retorquētes accessum eī turbātes. Ta-
rētinorū iaculatorēs appello, sicut inter initia operis dictum.

AELIANVS

est à tarento calabrie oppido: cuius equites parvo quodam
iuncto uti consueuerunt.

Turma ad

oni speciem.



Vrma parte altera lōgior dupli ci altitudine cōstat q̄ lōgitudine. Vtilis hec multifariā est q̄ ppe q̄ possit decipere aduersarios quasi paucos cōtineat milites qm̄ nō multū latitudinis occupet et rūpere facile p̄ sua dēsitate ex ipetu acī aduersam. Ap̄ta etiā est vā sensim per locorū agustias trāseat. Opponit ei pedestris acies que trāsuersa phalāx vocata est. porrigit enim selenius ut etiā si interrūpat exigua sit que rūpit altitudo, et


equitum impetus non in multitudine hereat sed in vacue
breui effera*t*. Hec enim causa est cum multiplicem ad sua
altitudinem habeat longitudinem.

Turma parte

altera longior.



Frons




phalanx transuersa.

st. & altera turma cui similitudinē gerens de
qua nihil aplius dici pot quā ita esse cōpositā, vt
verset quidē sed nō iugēt. Nā eius vsum cōmodē
eatēq; supius exposuimus. Ergo genus id inuētū ab Ileone
theſſalo mādatū post exercitatiōi ab Iasone Medee marito
Tūcū ēt et p̄cōmodū esse cū vndiq; custodia*t* decuriōe, targē
ductore: custodibus lateris apertū iā est. Cōstat hec turma
ex eq̄tib⁹ sagittarijs more armeniorū & parthorū. Op
ponit ei acies pedestris q̄ Epicāpius emprostbia dicit. i. in
flexa. Antica, ob eā rē: quia ductis cornibus in partē prio-
rē in sinū se circūagit. Flexūq; imitatur. Fraudē hec in sa-
gittarios equites ita emolit ut vel egressos et cominus di-
micantes suo cōlectatur sinū & circumueniat: vel corni

278 AELIANVS
bus suis perturbet illorum robur & frangat, atq; in me-
dio milite alacriore possit euincere.

Turma ad ovi speciem.



Rbalanx inflexa Antiat.

Vm etiam genus habetur phalagis que Epis-
capius opisthia dicitur econtrario q̄ supe-
rior informata. Cum enim illa ante se fle-
stat, hæc sua cornua in partem dicens poste
riorē. Itaq; vt illa atica sic hæc postica nomi-
netur. Ut ilis ea quoq; ad fraudem est. quippe quæ parte
media patens paucos qui precedant ostendat: multos autē
qui post subsequant habeat: vt si conflictum tolerarint sis
perarint q̄ satis sit, sin minus facile ad vtrāq; suorū partē
recurrere iungiq; maiori ordini valeant. Quæ autem con-
tra id genus opponitur incurva ob id appellata est: quoniam
in portionem flectitur orbis. Studet hic suas copias par-
uas esse ostendere frontis incurva ratione. Quidque cum
omnia quæ in orbem globum ve formantur parua suo q̄
dem ambitu esse videantur. q̄q; si explicentur in duplū se
porrigunt quod liquidum in columnis est: quæ cum in or-
bem se colligant vnde cunq; aspiciantur, dimidium sui tan-
tum patere patientur reliquum penitus occultant. Est au-
tem optimum instruendi artificiū vt plus inferas aduer-
sarijs copiarum q̄ primo aspectu ostendas.

AELIANVS
Inflexa postica.

ddd ddd ddd ddd ddd ddd ddd ddd ddd ddd

Frons.

Phalaxicurnua


Quæstris phalanx quadrata ex si forma seu figura quadra instruit tamen non numero quoque aptat quadro. Haud enim in quadratis numeri certo describimus. Sed licet etiam duplice ad altitudinem reddere longitudinem, videlicet propter vsu imperatoris. Perse potissimum forma hac usi sunt et siculi et græcorum coplures, cum et facile esse instructum a iaduenterent et usum commendarentur. Opponit ei phalanx pedestris quod rostrum voramus ita instructa ut latera oia armatis composita habeant. Translata haec forma ab equis tribus rostris est. Verum in ordine equis unus in motu primore satis sit. At in pedestri non unus occursoni hostium sufficit sed tres propugnat necesse est. Sic Epaminondas Thebanus Imperator cum apud leuctra ad-

uersus Lacedemonios decertaret, cōstipatis in rostrū copijs
ingentē exercitum profligauit. Effici genus instruendi hoc
solet quotiens duplaris antistomus hoc est Anceps illa sue
cornua priora cōiungit. posteriora se iungit ad formā litte-
re. v. deorsum inuerse. A.

Phalanx quadrata equestrī.




Frons



Rostrum pedes

Enus qđ plesiū parte altera lōgius appellamus
g multiplice lōgitudine qđ altitudinē cōstare et oī
ex latere armatis cōponi sagittarijs ac fūdito-
ribus cōstitutis in medio solitū est. Qui cōtra eiusmodi for-
mā pliant̄. Genus phalangis quā iplexā vocamus obiūcūt
vt sue forme ineqlitate pnuocent plesiū aduersum impetū
facere in eos qđ pminet atqđ ita resoluere densam plesiū in-
structionē. Et qđc decuriones iplexe phalāgis duces aduer-
sos obseruat̄, vt si densa acie illi agat ipsi quoqđ densa exci-
piant̄. Sin illi resoluantur ipsi etiā diuisi occurrant̄.


AELIANVS
phalanx Implexa.




Frons.
Phalanx

Halangis circumuentio est cornu vtrunq; supē
p rat aduersarios hoc est excedit & quasi com-
plectitur.

Circumuentio phalangis.



Iterius cornu circumuentio est cum altero cornu
a hostē superamus. Vn fit vt q sua phalāge supe-
rat idē etiā cornu supet aduersariū, qui aut cor-
nu supat nō præterea idē phalange supereret. Fieri enim po-
test vt etiam paucioribus copijs hostem superes tue cornū
& complectaris.



Circumuentio alterius cornū.

e xtenuatiō est cū aleitudo phalāgis cōtrahit vt ex-
xvi. qbus cōstat hoībus redigatur in pauciores.
i Mpedimenta haberi in primis necessariū est et
ducē ijs cōstituere probū cōuenit. Modis quinqs
possunt duci impedimenta. Aut enim pcedet co-
pias oēs aut sequētur: aut in alterutro latere cōstituentur:
aut in medio copiarū claudent. Ponētur ante phalāge si bo-

AELIANVS

stilem agrū ingredieris. Post phalangem si latera metuis.
Intra phalangem si planum agmen placuerit ducere.

Ostremo precepta repetamus colligamusq; oī
p acierū instruendarū si prius admouerimus bre
uiter quicqd p̄cipi v̄sus exigat id eō breue esse
Oī ambiguitate carere oportere. Non enī solū celeritate
est opus verū eō claritate vocabuli, ne alijs hoc, alijs illud et
plerūq; cōtrarium faciant. Verbi gratia si dixeris, declina
verbo hoc audito possunt alijs declinare in hastā alijs in scu
tū: quæ res non parum inferret pturbationis. Cū itaq; ge
neris ac totius loco habeatur vocabulū illud, declina. Ad
iungere debemus ad hastā, aut ad scutū: put res exigit, eō
qdā ante vt pars toti anteponat̄ hoc mō. Ad hastā declina
ita enī oēs idē sine errore faciet. Itē immuta aut euolue gene
ris p̄fert cōmunitatē. Queobrē ptem sive speciē p̄ponemus
vt i hastā imutare. Sic itaq; p̄cipiemus: laconicā euolue, ma
cedonicā euolue: choreū euolue. Nā si euolue laconicā dixe
ris: aut euolue macedonicā: eueniet vt diuersē euoluēdi aga
tur sp̄cs. Hac igit̄ ratione canendū est ne qd abigue ne qd
obscure incerteq; præcipiat: eō vt species suis anteponat̄
generibus seruādum omnino est. Inuit porro ad eam rem
plurimum silentium militum. Quo circa silendum in pri
mis attendendumq; imperabis: quod Homerus quoq; poe
ta præclare illis carminib⁹ notat.

Sic arguta phalanx in prælia densa moueri.

Affidue pariterq; suos dux quisq; regebat.

Imperitans: alijs mox festinare silentes.

Dixeris haud tanta gentes sub pectori vocem

Condere, conspecti metuentes principis ora.

Barbarorum contra tumultum eō turbam pecori ita
comparat.

DE INSTRVENDIS ACIEBUS 130

Ac veluti innumere domini locupletis in aula

Ad multoram coguntur oves: balatibus ille

Perulse care sobolis voce omnia replent:

Sic troum audiri per campos vndiq; clamor.

Et alibi eadem de re ita refert.

Tum phriges ingenti strepitu & clamore feruntur.

More gruum passis liquido super aere pennis.

Quæ postq; gelidas hyemes hymbremq; niualem

Fugere oceanî repetunt clangoribus vndas.

Ast animos taciti spirantes ire pelasgi:

Alter in auxilium alterius properare parati.

Ge ad armq; assiste ad arma: impedimenta à
a phalange secedant. Miles attendat præceptis:
suscipte: recipe, dista: erige spiculum: versa iuga
respice precedentem: suam decuriam dirigat tergidae or.
Constituta interualla conserua: ad hastam declina. collige:
ita consiste in arrectum reddere: ad scutū declina: collige ita
consiste. Ad hastam immutare: collige. Ita consiste. Altitudē
nem duplca: restitue: laconicam euolue: restitue: macedonī
am euolue. Restitue: choreum euolue. Restitue ad hastam
conuerte. Restitue ad hastam: inflecte. Restitue. Hæc de acie
bus instruendis habui: quæ breuiter ad te scriberè impera
tor tibi victoriā hostibus profligationem allatura. vale

Finis Aeliani.

MODESTI LIBELLVS DE VOCABVLIS REI MILITARIS AD TACITVM AVGVSTVM.

ES MILITARIS IN TRES
diuiditur partes: eq̄tēs: pedites: classes. Eq̄
tū alas dicūt eo q̄ ad similitudinē alarum
ab vtraq; parte ptegāt acies, q̄ vexillatio
nes vocātur à velo quia velis hoc est flam
mulis vtant̄. Est & aliud genus equitū q̄ legionarij vocan
tur, ppterēa q̄ cōneci sint legiōi. verū ipsi pedites in duas
diuisi sunt partes hoc est in legiōes & in auxilia. Auxilia
à socijs vel federatis gentib⁹ mittebant̄. Legio autem ab
elīgedo appellata est quod vocabulū eorū desiderat fidem
atq; diligētiā q̄ milites pbant. Producēdi vero Tyrone⁹
sūt semp ad capū, et scđz matricule ordinē i aciē dirigēdi,
ita vt p̄io simplex et extēsa sit acies ne q̄s sinis ne q̄s
habeat curuationes, sed equali legitimoq; spacio miles di
stet à milite: & precipiendū vt subito duplīcēt aciē, ita vt
in ipso impetu is ad quē respōdere solet ordo seruet̄. Ter
tio p̄cipiendū, vt quadratā aciē repēte cōstituat̄. quo factō
in Tyroniū quē cuneū vocant, acies ipsa vertēda est, q̄ ordi
natō plurimū pdesse cōsueuit in bello. Auxiliares cū du
cunt̄ ad pliū, ex diuersis locis & ex diuersis moribus ve
niētes nec disciplina inter se, nec noticia, nec affectiōe cōsen
tiunt, & alia īstituta, & alius inter eos est, v̄sus armorū.
Necessē est autem tarde ad victoriā peruenire q̄ discre
pāt anteq̄ dimicēt. Legionibus semper auxilia tanq̄ leuis
armatura in acie iungebant̄, vt in ijs pliandi magis admi
niculū esset q̄ principale subsidiū. In oībus auctorib⁹ in
ueniēt singulos cōsules aduersum hostes copiosissimos non
amplius q̄ binas duxisse legiones, additis auxilijs sociorū,

Tanta in illis erat exercitatio, tanta fiducia, ubi cuius bellò
due legiōes crederent sufficere posse. Sciendum est enim in
vna legione, decē cohorteſ esse debere. Sed prima cohors re
liquas & numero militū & dignitate p̄cedit. Nā genere
atq; institutiōe literarū Viros electissimos querit. Hec em̄
ſuſcipit aquilā que p̄cipuum ſignum in Romano eſt ſemp
exercitu, & totius legionis inſigne. Imagines imperatorū
has em̄ imagines tanq; diuina & p̄ſentia ſigna ſinguli ve
neratur. Habet pediteſ mille. cv. Equiteſ loriatoſ. cxxxiiij.
& appellat cohors miliaria: hec caput eſt legionis. Ab hac
enim cum pugnādum eſt, prima acies incipit ordinari. Se
cunda cohors habet pediteſ. d. lx. Equiteſ. lxvi. & appel
latur cohors. Quingētaria. Tertia cohors ſimiliter habet
pediteſ. d. lx. Equiteſ. lxvi. sed in hac cohorte tertia validio
res & p̄bati militeſ qui in media acie cōſiftat. Cohors q̄r
ta habet pediteſ. d. lv. Equiteſ. lxvi. Cohors quinta habet
pediteſ. d. lv. Equiteſ. lxvi. Sed quinta cohors strenuos de
ſiderat militeſ: quia ſicut prima in dextro, ita quinta in ſe
nistro ponit cornu. He quinq; cohorteſ in prima acie ordi
natūr. Sexta cohors habet pediteſ. d. lv. Equiteſ. lxvi. In pri
ma quoq; enucleati ascribendi ſunt iuniores. quia in ſecun
da acie post aquilā & imagineſ cohors ſexta cōſiftit. Co
horſ septima habet pediteſ. d. lv. Eq̄tes. lxvi. Cohors octa
ua habet pediteſ. d. lv. Equiteſ. lxvi. ſed & ipſa animoſos
deſiderat viroſ: quia in ſecunda acie cōſiftit in medio. Co
horſ nona habet pediteſ. d. lv. Equiteſ. lxvi. Cohors decti
ma habet pediteſ. d. lv. Equiteſ. lxvi. & ipſa bonoſ cōſue
uit accipere bellatores: quia ſicut in ſecunda acie ſexta dex
trum, ita decima ſinistrum poſſideſ cornu. Iis decē cohoro
tibus legio plena fundatur: que habet pediteſ. vi. milia. cv.
Equiteſ. dcc. xxvi. Minor itaq; numeruſ armatorū in vna
quaq; legione eſſe non debet, Maior autem conſuehit eſſe

DE VOCABVLIS REI MILITARIS

Et non tantum vnam cohortem sed etiam alias milia-
rias si fuerit iussa suscipere. Tribunus maior per episto-
lam sacram Imperatoris iudicio destinatur. Minor tribu-
nus prouenit ex labore. Tribunus autem voratur ex tri-
bu quia preest militibus quos ex tribu primus Romulus
legit. Ordinarij dicuntur qui in prælio primos ordines
ducunt. Aqliferi q[uod] aqla portant. Imaginarij q[uod] iperatoris
imagines ferunt. Optiones ab optando appellati, quod an-
tecedentibus egritudine præditis, hi tanquam adoptati,
cum eorum vicario solent vniuersa curare. Signiferi qui
signa portant, quos nunc draconarios vocant. Tesserarij
qui tesseras per contubernia militum nunciant. Tesseræ
autem dicitur præceptum ducis quo vel ad aliquod opus
vel ad bellum mouetur exercitus. Torquarij duplares. tor-
quarij simplares quibus torquis aureus solius virtutis
præmium fuit, quem qui meruissest preter laudem inter-
dum duplam consequebatur annonam. Item primus ha-
status duas centurias id est cc. homines ducebat in acie se-
cunda quem nunc ducentarij vocant. Princeps autem pri-
me cohortis Centurio semis hoc est. cl. homines gubernat.
Sic decem centurijs regebantur. quibus magne utilitatis,
Et magnus honor a veteribus est constitutus: ut ceteri
milites ex tota legione omni labore ac deuotione contendere
rent ad tanta præmia peruenire. Erant etiam centurio-
nes qui singulas centurias curabant qui nunc centenarij
nominantur. Erant decani decem militibus prepositi, qui
nunc caput contubernij vocantur. Secunda cohors habet
centuriones. v. Similiter tertia Et quarta usq[ue] ad deci-
mam cohortem. In tota autem legio erant centuriones. lxvi.
Sed legati Impe. ex consularibus ad exercitus mittebatur,
quibus legiones Et auxilia vniuersa obtemperabant in
ordinatione pacis vel necessitate bellorum: in quorum lo-

cum illustres viros constat magistros militum substitutos a quibus non tantum bine legiones sed etiam plures numero gubernantur. Proprius autem index erat prefectus legionis habens comitium primi ordinis dignitatē qui absente legato, tanquam vicarius ipsius potestatem maximam retinebat. tribuni vel centuriones ceteriq; milites eius precepta seruabant vigiliarum sine professinis. Tesseras ab eodem petebant. Si miles crimen aliquod admisisset auctoritate praefecti legionis à tribuno depunatur ad penam. Arma omnium militum, item equi, vestes, & annona ad curam ipsius pertinebant. Disciplina, severitas, exercitus non solum peditum sed & equitum legionariorum praecepto eius quotidie curabatur. Primum signum totius legionis est aquila, quam aquilifer portat. Dracones etiam per singulas cohortes à Draconarijs feruntur ad praelium. Sed antiqui qui sciebant in acie commissio bello celeriter ordines aciesq; turbari atq; confundi. & ne hoc posset accidere, cohortes in centurias diuiserunt. & singulis centurijs singula vexilla constituerunt: ita ut ex qua cohorte vel quota esset centuria in illo vexillo literis esset ascriptum: quod intuentes vel legentes milites in quemvis tumultum à contubernalibus suis oberrare non possent. Centuriones insuper qui nunc centurijs vocantur, nimium bellicosas loricā transuersis cassidum cristis, vt à suis facilius noscerentur, habebant: quiq; singulas gubernare iusserunt ceteras, vt nullus existeret error. Cum cuncti milites sequerentur non solum vexillum suum sed etiam centurionem, qui signum habebat in galea. Rursus ipse centurie in contubernia diuisse sunt, vt decem militibus sub uno papilione degentibus unus quasi precesset decanus, qui caput contubernij nominatur. Contubernium autem manipulus vocabatur ab eo q; con-

DE VOCABVLIS REI MILITARIS

iunctis manibus pariter dimicabant. Quæadmodum inter pedites centuria vel manipulus appellatur: ita inter equites turma dicitur: & habet una turma eq̄tes. xxxij. Huic qui preest, decurio nominatur. Pedites qui decem decadi bus centurie preerant, ab uno centurione sub uno vexillo gubernantur. Similiter. xxxij. equites ab uno decuriōe sub uno vexillo reguntur. Preterea centurio eligendus est qui sit magnis viribus & procerâ statura, qui hastas vel missilia perite iaculaetur & fortiter. Similiter eligendus ē decurio qui turme equitum pponitur in primis habili corpore, ut loricatus & armis circundatus omnibus cum summa admiratiōe equum possit ascendere: equitare fortissime: cōtō scienter vti: sagittas doctissime mittere: turmales suos. i. sub cura sua equites positos erudire ad omnia que equestris pugna de poscit. Nunc q̄liter instruenda sit acies si pugna immineat, declaratur vnius legionis exemplo: si usus exegerit: transferri possit ad plures equites locant̄ in cornibus. Acies peditum à prima cohorte incipit ordinari in cornu dextro; huic cohors secunda cōiungitur. Tertia cohors in media acie collocatur: huic annexitur quarta. Quinta vero cohors sinistrū suscipit cornu: sed an signa et circa signa necnō ēt i prīa acie dimicantes principes vocabantur: hoc est ordinarij. Ceteriq; principales: hec erat grauis armatura: q̄ habebat cassides. Cataphractas ocreas in curribus: scuta gladios maiores q̄s spatas vocant et alios minores quos semi spatas nominat plumbatas quinas postas inserviunt: quas primo ipetu iaciunt. Itē bina missilia vñ maius ferro triāgulo vnciarū nouē: hastili pedū quinq; semis, qd pilū vocabat nunc spiculū dicitur: ad cuius iactum exercitabatur precipue milites qd arte & virtute directum & scutatos pedites et loricatos eq̄tes s̄epe transuerberat. Aliud minus, ferro vnciarū qnq; hastili trium pedū semis.

quod tunc verriculū nūc verutū dicit. prima acies principum secunda hastatorū armis talibus dicebāt instructa. Sed in secunda acie dextro cornu cohors sexta ponebat, cui iungebat septima. Octaua cohors mediā acīc tenebat, nona comitante. Decima cohors in scđa acie semper obtinet cornū. In structiōis vero lex est ut in primo ordine exercitati, et veteres milites collocent, quos antea principes vocabant. In scđo ordine circūdati cataphractis, et optimi milites cū spiculis vel lanceis ordinētur, quos pro hastatos vocabant. Inter ordinē à tergo vallatū sex pedes distare voluerunt, ut haberent pugnātes spaciū accedēdi atq; recedēdi. Vehementius enim cū saltu cursuq; tela mittunt. In his duo bus ordinib; etate maturi et vsu confidentes, et militi grauioribus armis collocantur. Hi enim ad vicē muri nec cedere nec sequi alium debent ne turbētur ordines: sed aduersarios vehementes excipere: et stando pugnādoq; repellere vel fugare. Tertius ordo disponit de armatis ve locissimis de sagittarijs iunioribus: de bonis iaculatoribus quos antea feretarios nominabāt. Quartus autem ordocō stituitur de scutatis expeditissimis de sagittarijs iunioribus: de his qui alacriter se agunt verutis vel martiobrabilis: quas plūbatas nominant: qui dicebātur leuis armaturae. Sciendū est ergo stantibus primis ordinib; tertium et quartū ordinē ad pugandū cū missilibus et sagittis primo loco semp exire: qui si hostes in fugā vertere poterunt: ipsi cū equitibus persequunt. Si vero ab hostibus pulsi fuerint, redeūt ad primā et scđam acīc, et iter ipsas recipiūt se ad loca sua. Prima aut et scđa acies cū ad Macheras. i. spatas et pila vt dicit ventū fuerit totū sustinēt bellū. In quita acie ponebant balistarij: funditores triangulari: fustibulatores qui fustibalalis lapides iaciūt. Fustibus et lōgus pedes quathor cui p' mediū ligat fūda de corio:

DE VOCABVLIS REI MILITARIS
et vtracq; manu ipulsus, ppe ad istar onagri dirigit saxa.
Sextus ordo post oēs a firmissimis et scutatis et oī gñe ar-
morū munit bellatores tenebat: q̄s atiq. Triarios appellata-
bat. Hivt regeti & itegri acrius inuaderēt hostes, post: yl-
timas acies sedere cōsueuerant. Sed si qd in primis ordinib-
us accidisset: de eorū viribus reparatiōis spes tota pēdebat.
Oēs aut signarij vel signiferi, q̄uis pedites sint loricas, mi-
nores accipiebat. & galeas ad terrorē hostiū, vrsinis pelli-
bus testas. Ceturiones vero habebāt cataphractas & scuta
et galeas ferreas: trāsuersis et argētāz cristi ut facilius agno-
scerent à suis. Illud aut sciendū est: & modis oībus retinē-
dū, q̄ cōmiso bello prima ac scđa acies stabat imota. Tria-
rij quoq; residebat. Ferctarij aut armature leuis & sagit-
tarij & funditores aduersarios p̄uocabāt: ante aciē p̄ce-
dētes, si hostes fugare poterāt, sequebāt: sed si eorū virtu-
te ac multitudine p̄mebāt reuertebātur ad suos & post
eos stabāt. Excipiebat aut pliū grauis armatura & tanq;
murus vt ita dicā, ferrēus stabat, & nō solū missilibus sed
etia gladijs cominus dimicabāt. Et si hostes fugassent, non
seqbatur grauis armatura ne aciē suā ordinationēq; tur-
barebāt. & disp̄sos recurrētes hostes incōpositos oppime-
ret: sed leuis armatura cū funditoribus sagittarijs et eq̄tib
fugītes sequebat inimicos. Hac dispositione ac cautela sine
piculo legio vincebat aut supata seruabāt icolumis: q̄a le-
gionis vis est facile nec fugere nec seq. Sed ne milites aliquā
in tumultu pli à suis cōtubernalibus oberrarent diuersis
cohortibus diuersa in scutis signa pingebāt. Prætreia in ad-
uerso vniuersiūsq; militis erat nomē literis ascriptum ad
dito ex qua essent cohorte qua ve centuria. Ex his autē ap-
paret legionē bene iūtitā q̄si iūctissimam esse ciuitatem,
quæ omnia prælio necessaria secum ubiq; portaret. Nec
metueret repentinum hostiū superuentum, quæ etiam in

medijs campis subito fossā valloq; muniretur. Habet p̄t
terea legio, tubicines, cornicines, buccinatores. Tubicines
ad prelum vocant milites & rursus recepthi canūt. Cor-
nicines quotiens canunt non milites sed signa ad eorū ob-
temperant nutum. Ergo quotiens ad aliquid opus exiturē
sunt soli milites tubicines canunt quotiens mouenda sunt
signa cornicines canunt. Classiarij autem appellantur buc-
cinatores qui cornu ducunt exercitum. hoc insigne videtur
imperij, quia classicum canit imperatore presente vel cum
in militem capitaliter animaduertitur. Hoc enim ex impe-
rialibus legibus fieri necesse est. Sive ergo ad vigilias vel
angarias faciēdas sive ad opus aliquod vel ad cursum
campi exēnt milites tubicinē vocationē operantur. Rursus tū-
bicinē ad monētē cessant. Cum autē mouentur signa: aut
iam mota fugiēda sunt. Cornicines canūt. Quod iō in om-
nibus exercitijs & p̄cessibus custodit ut in ipsa pugna fa-
cilius obtemperent milites: sive eos pugnare sive stare sive
sequi vel redire p̄cipiunt duces. Si quidē ratio manife-
sta est semper in acie debere fieri quod, necessario faciēdū
videtur in prælio. De singulis centurijs quaterni equites et
quaterni pedites excubitu nocte faciunt. Et quia impossibē
le videbat in speculis vigilantes singulos permanere, ideo
in quatuor partes ad desidē sunt diuise vigilie, vt nō am-
plius q̄ tribus horis nocturnis necessarium sit vigilare. A
tubicine omnes vigilie committuntur & finitis horis a
cornicine reuocantur. Cōstructa acie peditum equites po-
nuntur in cornibus ita vt loricati omnes & connecti iun-
cti sint pedibus. Sagittarij autem vel qui loricas nō habēt,
longius euagentur: a fortioribus nāq; equitibus peditum
protegēda sunt latera: & a velocioribus atq; expeditis ho-
stium cornua semper fundenda atq; turbanda. Scire debet
dux cōtra cuneos hoc est globos hostiū quot equites opor-

DE VOCABVLIS REI MILITARIS

teat ponī. Nam nescio qua occultatione immo pōne diuinā
alijs cōtra alios dimicāt melius, & qui fortiores vicerant
ab inferioribus sāpe vincūtur. Quod si equites ipares
fuerint more veterū velocissimi cum scutis leuibus pedi-
tes ad hoc ipsum exercitati, ijsdē miscendi sunt, quos expe-
ditos quasi volitātes velites nominabant. Quo facto: q̄uis
fortissimi equites hostium euenerint, tamē aduersus mix-
tum agmē pares esse non possunt. Vnū hoc remedium oēs
duces veteres innenerunt, vt assuefacerēt iuuenes currētes
egregiæ, & inter binos equites singulos ex his pedites col-
locarent cum leuioribus scutis, gladijs, atq; missilibus. Ele-
phantī in praelijs magnitudine corporum barritim horro-
re, formæ ipsius nouitate, hoīes equosq; cōturbant hos con-
tra Romanū exercitū primū i lucania rex Pyrrhus eduxit,
postea Hannibal in Aphrica: rex Antiochus in oriēte. Iugur-
ta in Numidia copiosos habuerūt aduersus quos diuersa
excogitarūt genera armorū. Nā Cēturio in Lucania, gla-
dio manū quā p̄muscidē vocāt, vni abscidit & bini cata-
phracti equi iungebant ad currum, qbus insidentes cliba-
narij sarissas, hoc est longissimos cōtos in elephātos diri-
gebant. Alij contra elephatos cataphractos milites im-
misserūt ita vt in brachijs eorū vel in cassidibus vel hume-
ris aculei ingētes ponerent ex ferro, ne Elephās bellatorē
contra se venientem posset apprehendi. Præcipue tñ antiq.
velites aduersus elephantes ordinauerunt. Velites autē erāt
iuuenes leui armatura, corpore alacri, qui ex eqs optimæ
missilia dirigebant. hi equis p̄currentibus ad laciōres lan-
reas vel maiora spicula beluas occidebāt. Sed crescēte auda-
cia, postea collecti plures milites pariter pila. i. missilia i ele-
phates cōgerēbat, eosq; vulneribus elidebāt. illud additū ē
vt fōnditores cū fustibales & fundis, rotundis lapidibus
destinatis in illos per quos regebantur elephantes, cū ipſis

turribus affligeret atq; mactarent, quo nihil tutius inueniatur: postea venientibus beluis quasi irrupissent acie spaciū milites dabat. quæ cum in agmē mediū peruenissent circū fusis vndiq; armatorū globis à magistris militū absq; vulneribus capiebant illesī. Sed optima ratio est, q̄ ad victoriā plurimū cōfert vt lectissimos de peditibus eq̄tibusq; cū vicarijs, comitibus tribunisq; vacantibus habeat dux post acie in subsidijs p̄paratos, alios circa cornua, alios circa mediū: ne sicubi hostis vehemēter insistit, ne rūpat acies prouolēt subito, q̄ suppleant loca, additaq; virtute, inimicorum audaciā frangant. Huius cautelā primi lacones inueniunt imitari carthaginenses. Alteram post hec vbiq; serua rūt. hac dispositione nulla melior inueniit. Mā directa acies hoc solum agere debet, petere vt hostē repellat: aut fundato si cuneus sit agēdus aut forfex, superfluos habere debebit: de quibus cuneum forficemq; faciens ducenta sit, gnauiter ex abundantibus dicitur. Nam si de loco suo ordinatum militem transferre cœperis: vniuersa turbabis. Quod si bellatorum copia tibi non abundat: melius est habere acie breviorem dummodo in subsidijs collocaes plurimos. Cum explorator hostium latenter oberrat in castris, oēs ad tentorium suū per diem redire iubantur statim deprehendi tur explorator. Cum consilium tuū cognoveris aduersarijs proditum dispositionem mutare te conuenit, Raro enim manet absconditum, quod ad notitiā multitudinis iaz peruenit. Fieri quid debeat trattato cū multis, Quid vero factur? sis cū paucissimis ac fidelissimis vel potius ipse tecū. Hec Martij operis præcepta per diuersos auctorū libros diuersa imperator inuicte mediocritatem meā abbreviare iussisti ne vel fastidium nasceretur ex plurimis, vel plenitudo fidei deesset in paruis. Neq; enim degenerauit in hominibus. Martini calor, nec defecte sūt terre, que Lacedea-


DE VOCABVLIS REI MILITARIS
mones, quæ Athenienses, quæ Marsos, quæ Samnites, quæ
Pelignos, quæ ipsos p̄genuere Romanos. Nonne Epiri ar-
mis plurimum aliquando valuerunt? Nonne Macedones
ac Thessali superatis Persis, vsq; ad Indiam bellando pe-
netrarunt? Dacos autem ē Mysos ē Thraces inter belli-
cosos semper fuisse manifestum est: ut ipsum Martem fa-
bulæ apud eos natum esse confirmet. Longum est si vni-
uersarum prouinciarum vires enumerare censemdam cū
omnes in Romani imperij ditione consistant. Sed longa se-
curitas pacis homines partim ad delectationem ocij: par-
tim ad ciuilia traduxit officia ita cura exercitijs militaris
primo negligentius agi, postea dissimulari, ad postremum
olim in obliuione perducta cognoscitur.


FINIS.

REGISTRVM.

A. a b c d e f g h i k l m n o p q r.
Omnes sunt quaterni.







+ 11

15
Glossa m. habet ep. 10.

15
Glossa m. habet ep. 10.



